not in NUC
the BL only records a
copy of the 1570 edition

1946 (20)

20 (AVERROES). LONGO, Giovanni Bernardino, *commentator*. Dilucida expositio in prologum Aver. in post. Ari. Naples, Mattia Canzer, 1551.

Folio, 44 leaves, italic letter, printed in double columns; some marginal restorations and various leaves recornered; contemporary underlining and annotations in ink; modern vellum.

Extremely rare, this is the **first edition** of Longo's exposition of Ibn Rushd's Prologue to Aristotle's *Posterior analytics*. The *Prior analytics* and the *Posterior analytics*, are the major constituents of Aristotle's logical corpus, the *Organon*. The *Prior analytics* deals with the syllogism, the *Posterior analytics* with the conditions of scientific knowledge. Longo was a dogmatic Averroist, and held that the theory of proof was of primary importance and the analysis of arguments was subordinate. He discusses the views of al-Fārābī and Ibn Sīnā, as well as Zimara (see previous item for Zimara's commentaries on Ibn Rushd). Little seems to be known about Longo (although this work is discussed at some length in Risse, *Die Logik der Neuzeit*, pp. 252 ff.). He may have been, like Zimara, from Apulia, where, at the time of Zimara's birth (c. 1450), Greek was still widely spoken

Risse, I, p. 62; not in NUC, not in the British Library,

I. BERNARDINI LONGI NEAP.

DILVCIDA EXPOSITIO

IN PROLOGVM AVER. IN POST. ARI.

AD EXCELLENTEM MARINVM SPINELLVM.

NEAPOLI,
M, D, LI,

EXCELLENTI MARINO SPINELLO S. D.
I. BERNARDINVS LONGVS.

CVM Expositionem in prologum Auer. absoluissem SPINELLE præclarissime, ac de ea, ut moris est, dicanda, mecum ipse cogitarem, nam ut in lucem darem, discipuli omnes id à me contendebant. Tu mihi primus omnium occurristi, qui hoc muneris, quale id cunq; esset, tibi quasi tuo optimo iure uendicares. Nam tibi tantum debeo, quantum hõem homini debere, uix fas ẽ, nisi.n.tu fuisses, ego profectò nihil essem. Quare non à me alienum esse putaui, si uolo is esse, quem tu me esse uoluisti, & si referre nullo pacto possim, aliquid tamen efficere, quo gratum animum meum ostenderem. Quare suscipias quæso quicquid est hoc mei fœtus, qua me quoq; ipsum soles humanitate.

Deinceps autem plura melioraq; forsitan accipies, modo hunc primum quasi gustum non asperneris. Sed interim tuum limatissimum iudicium expecto, quod mea sententia quicunq; profitemur literas, ueneremur, necesse est. & si in me agnosces impetus aliquos bonæ frugis quibuscunq; rebus possis, faueas. Vale.

PRAEFATIO

NON Deerunt, Qui cum hanc expositionem legerint, me ut barbarum lingua in dicta causa damnabunt, ac dicent, nihil mirum. Si Auerroem Barbarus homo exponit. Sed profectò illi si pedem conferant, in Auerroe mercurium non in lingua, Sed in pectore cognoscent. Nam ut natura Aristotelem tradidit, ut, humanæ scientiæ, regulam, sic Auerroem, qui nobis ad illum additum faceret, ut ducem, Quo, si quis diutius insistet, periculum faciet, quantus sit, quãtumq; illi debeamus, quem sua non antiquitas modo, sed quædam propè diuinitas extra ictum, supraq; iniuria posuit. Sed ut quòd est, fatear. im est, idemq; semper fuit DAMNAT QVISQVE QVOD IGNORAT Facile deridemus atq; contemnimus, quod non habemus. Sed in hac expositione in prologum, hoc uelim lectores potissimum quærant, quid scribam, non quomodo scribam, nec mihi uitio dent, si uocabula artis non mutauerim, quod fecisse fortasse uitium erat. Nam in tradendis artibus in primis nocere existimo ambitionem eorum, qui studio nouitatis sine graui causa à ueteri consuetudine discedunt. sed unde discessi, reuertor. in mea expositione curaui, ne ratio aberraret non oratio. studui re placere non uerbis. Hoc meum propositum fuisse quisq; sciat, sed an ad propositum finem peruenerim, alij iudicium faciant, ipse nolo iudicare, ne affirmando inanis habear, negando uero stultus. sed non omnibus idem gustus, suum cuiq; palatum, nam alij uerba, alij res quærunt, sed profectò neq; uerba sedem habere possunt, si rem subtraxeris. Hoc sciat, qui Auerroem legerit, se nihil inanis, ac uento quodam turgidæ ostentationis, sed neruos phylosophiæ succos inbibiturum. Sed hunc prologum, & quam appellant commentationẽ magnam in post. Aristo. esse Auerro. non tam inscriptio, quam stylus & citatæ à posterioribus auctoritates fidem faciunt. Qui prologus regula & præfatio totius phylosophiæ ad uerbum ediscendus est. continet enim quicquid non modo ad posteriora Arist. pertinet, sed ad totam logicam, omnibusq; scientijs additum facit, Quo omnia comprehenduntur, ut nauium gubernatores intra unam paginam omnia colligere solent. Sed ex meo labore hoc mihi mercedis à lectoribus postulo, ut Auerroem nõ mõ assidue legant. sed ipsum nunc quam maxime diligant, ac defendant, nihil enim dixit, quin ratione & auctoritate defendi possit, qui nostra memoria iunctis omniũ sententijs merito ab Alexãdro mutuatus est, ut NEMO ARISTOTELICVS NISI AVERROISTA Nec fieri põt, ut quis aliũde ad Arist. additũ habeat præter quàm ab Auerroe, quod si qui aliter sentiunt, corticem tantum ab Arist. accipiunt. cuius scripta maiora complectuntur, quam uerba indicant, Sed iam accedendi tempus est ad institutum nostrum.

I. BERARDINI LONGI NEAP. DILVCIDA EXPOSITIO

In Prologum Auer, in post. Arist.

AD EXCELLETEM MARINVM SPINELLVM.

VETVS ac laudata communis expositorũ Arist. consuetudo est, ut nunquam ad id accedere audeant, quod uocabula declarant, Antequàm aliqua præs docuerint, ac inuestibulo præscripserint. Quæ ad scripta authoris intelligenda conferant. Sed aliqui plura, aliqui pauciora prædocenda uoluerunt. Si quidem inter græcos, Ammonius decem numero censet. inter nostros Boetius sex tantum. inter Arabes AVERROES à me nunquàm satis laudatus, quem à pueritia obseruaui, obseruaturus, quo ad uiuam, octo ad Simplicij morem præcepit. Nam is est, ut nemo ex Arist. Familia dicatur, nisi AVERROISTA. Meritò etiam ut dixerim, neminem doctum, qui Auerroem non legerit, indoctiorem, qui lectum contemnit, indoctissimum, cui non sapit. Sed de laudibus Auerrois alias. Nunc ad propositum reuetar. Hunc morem etiam confirmat ipse Auerroes in hoc, magnæ (ut aiunt) commentationis prologo, quem expositurus sum, qui est tanta difficultate (sed quo difficilius hoc præclarius) ut hactenus nemo eum intellexerit. Sed scio quàm scopuloso difficiliquè loco uerser. Si igitur quid indoctius, in cautiusq; protulero, refutari à quouis cupio, refutaturus ipse me, si fuero admonitus. Non enim sic me peruerse amo, ut errare alios malim, quàm innotescere, quod errem. Sed ne diutius lectorem suspensum detineam. Illa octo Auerrois aggrediar. Sed prius à lectore, si modo aliquis accedet, petitum uelim, ne à me in hac explanatione uerborum ornatum expectet. Nam in his scriptis, in quibus rerum cognitio quæritur, non loculentæ orationis lepos, sed in corrupta ueritas exprimenda est. cum præsertim ipse M. T. C. admoneat res phylosophicas ornate uelle dicere puerile esse. Sed illa octo Auerrois, sine quibus fieri non potest, ut quis Arist. mentem animo concipiat. Hæc sunt primum de subiecto. Secundum de inscriptione tertium de necessitate libri. Quartum de ordine. Quintum de utilitate. Sextum de proportione. Septimum de nomine authoris. Octauum de nomine libri. His explanatis. facillimus apud Aristotelem erit additus.

INTENTIO HVIVS LIBRI EST EXPONERE SECVNDOS ANALYTICOS.

Quare primũ de subiecto agendam.

PRIMVM De subiecto agendum, inquit Auerroes. nam si subiectum in arte tractandum ignorabitur, & principia & passiones etiam ignorabuntur, cum in subiecto contineantur, & de ipso inuestigẽtur, et hac de causa in primo post. cap. 2. docet scientiam in nobis agenerari ex præcognitione esse subiecti, & quid nominis ante scientiam unde. 2. ret. dicebat

Arist. omnis Ars ordinata sit ex fine præcognito, qui finis seu Scopus artis, non est, nisi res tractanda. quæ subiectum dicitur. Quare bene Alexander aphro. in primo priorum dicebat. Si quis operis intentionem idest rem tractandam ignorauerit, cæco similis efficitur, qui quo uadat, ignorat. Merito igitur primo subiectum præcognoscendum, ex quo ea, quæ in arte tractanda sunt, eliguntur, & ordinantur. Sed hic ordo facile ex modo procedendi et docendi Aristotelis confirmatur. Semper enim ut ordinis seruator in principio uel in prologo suam intentionem uel subiectum tractandum proponit. Intentionem accipio pro re tractanda. omittens illam quæstionem, quæ uulgo fieri solet, an subiectum & intentio differant. Sed ut ab ouo incipiam hunc morem apud Aristotelẽ seruatum. in primo periher. suam intentionẽ uel rẽ tractãdã ponẽs, ait, primo op3 dicere qd sit nomen, et qd uerbum, postea quid negatio, & affirmatio, & enunciatio. ecce rem tractandam proponit, similiter in principio primi priorum dicit primum oportet dicere circa quid, & de quo. quoniam circa demonstrationem, & de demonstratiua disciplina. Idem primo physicorum ponens suam intentionem dicit. Manifestum quidem, quòd quæ sunt circa principia scientiæ, quæ de natura est, primo determinare tentãdũ. Similiter primo cœli pri. quoniam scientia de natura ferè plurima uidetur de corporibus esse, in principio etiam de generatione & corruptione: habet, de generatione autem & corruptione natura generatorum & corruptorum. Similiter in primo de anima suam intentionem ponẽs dicit. quare rõnabiliter hystoriam de anima in primis ponemus, & eodem pacto in cæteris phylosophiæ & meta. partibus. ut patet in .12. meta. primo & ut, quæ scribam, hunc Aristotelicum morem habeant. primo uidendum est, quæ Aristo. sit intentio tum in primo tum in secundo post. uelle pertractare. Nam ex cognitione subiecti fiunt notæ passiones, et principia, quæ illi conueniunt, & hæc breuiter de primo quæsito dicta sint.

Mos Arist. in principio ponẽdi quòd tractare habet.

Sed dicet aliquis, subiectum est præcognitum, ergo non quæsitum quia frustra est hæc inquisitio, quid sit subiectum. nam dicebat Auerroes .2. posteriorum .33. quod præcognoscitur, non quæritur, & è contra nam præcognitio est contraria quæstioni. Ad hoc aliqui respondent, quod non inconuenit subiectum posse demonstrari. Subiectum in quam partiale, bene inconuenit subiectum totale posse demonstrari. ut Aristotiles probauit ignem esse .4. cœli .32. Sed Hæc responsio in doctrina Auerrois est falsa. nam Auerroes primo posteriorum. 73. dicit. subiecta aut accipiuntur, ut nota per sensum, uel quia sunt probata ab alia scientia superiori. ergo subiectum, ut subiectum debet esse notum. nam de subiecto præcognoscitur esse & quid, & in hoc est ratio fortissima mẽ iuditio. Subiectum partiale est subiectum respectu partis scientiæ. ergo de ipso præcognoscitur esse. Probo quia est subiectum, ergo præcognoscitur esse. aliter non esse subiectum. Nam sicut se habet subiectum uniuersale & totale ad totam scientiam, sic se debet habere subiectum partiale ad partem scientiæ, sed subiectum totale per te in scientia præsupponitur, ergo subiectum partiale in particulari scientia debet præsupponi. & quod hoc sit uerum, adduco textũ Auerrois in secundo physicorum .26. ubi habet impossibile est aliquam scientiam uniuersalem & particularem declarare suum subiectum siue per causam, siue per demonstrationem, quod non est ita in causis sui subiecti, quare cum nec scientia uniuersalis nec particularis subiectum probet,

Dubiũ an cũ subiectum sit præcognitum possit eẽ quæsitũ quod utrũq; dicit diuersa ratione.

Subiecta ut subiecta nota uel per sensu3 uel qa à superiori scĩa probata.

Subiectum

Subiectum ut subiectum tam uniuersale quã particulare nõ probatur.

Subiectum ut subiectum siue particulare siue uniuersale non probatur, aliter non esset subiectũ hæc obiter sint dicta. Sed nos dicamus quod subiectum etiam non quæritur, sed præsupponitur. Sed possumus quærere, quod est illud subiectũ, quod habet conditiones, per quas debet in esse subiecti constitui. exempli gratia. Homo est subiectum in medicina, non esse hominis, quæritur, sed quæro an homo in medicina habeat illas conditiones, per quas possit in esse subiecti constitui.

Exẽplu Auer.

Hanc responsionem dedit Auerroes in pri. post. com. 73. ubi dicebat, si quis qoæreret, an anguli trianguli sint æquales duobus rectis, hic absq; dubio habet apud se notum triangulum esse. Sed quærit an illa passio scilicet habere tres angulos insit triangulo. Similiter dicit Auerroes, si quis quæreret, an ens mobile esset subiectum, haberet pro comperto, esse ens mobile. Sed quæreret an ens mobile sit genus, idest sit subiectum, ergo non quæro esse subiecti, sed quæro quid est illud subiectum an definitio an demonstratio de quo probantur illæ passiones, quæ ab Arist. inuestigantur uel si loqui uolumus, ut latinis placet dico quòd subiectum de secundo adiacente, non quæritur. bene de tertio quòd Auer. his uerbis explicauit primo post. 73. non quæritur de quæsito & esse simplici bene de quæsito & esse composito & sic patet responsio ad hoc dubium.

Ordo seruandus.

Sed quoniã de subiecto acturus sum, opere prætium mihi facturus uideor, si prius terminos declarabo, cum sint multiplices, ne in paralogismum ducamur primo cœli .100. sed primum declarabo hunc terminum scilicet subiectum.

Subiectu3 multiplex.

Subiectum in peripatetica familia multis modis accipitur, uno modo accipitur subiectum, pro concesso sicut accepit Auerroes. 3. cœli. 4. quando dicebat subiectum logices est scientiam esse idest concessum. conceditur enim in logica scientiam esse, quoniam si non. tunc demonstratio non esset. aliquando subiectum capitur, ut ad accidentia comparatur, sicut uocat Aristo. substantiam subiectum accidentis, & Auerroes. secundo de anima .8. dicit duplex est subiectum, formæ, & accidentis. subiectum accidentis est indiuiduum substantiæ cõpositum. subiectum formæ est materia prima in potentia, aliquando & aliter accipitur subiectum pro esse, ut accepit Arist. 5. phy. t. 7. quando dicebat, omne quod transmutatur, quatuor modis fit, aut de non subiecto in subiectum, idest de non esse, ad eẽ, uel de esse ad non esse. Aliquando accipitur pro singulari, quod ab Aristo. uocatur simul totum in. 7. meta. & Arist. primo meta. habet quòd à proprijs ad subiecta idest ad singularia est demonstratio. aliter accipitur subiectum, ut respicit prædicatum, & sic est pars propositionis & hoc modo dicebat Arist. in primo priorum. cap. .1. Subiectum est, id de quo aliud prædicatur. et Auer. primo post. .82. Vltimo modo accipitur subiectum secundum similitudinẽ, pro re tractata & hoc etiam Asserit SCOTVS in primo sententiarum in prologo & hoc modo est subiectum in scientia, nam scientia in rei ueritate non habet subiectum, nisi animã, ut Arist. in ante prædicamentis cap. 2. et Auer. in libro prædicamentorũ cap. de qualitate. Et Auer. est sententia 3. de aĩa. 5. quod uniuersale, quod est ipsum scibile unum, per quod est unum, est intellectus, aliud per quod est ens uerum: et sunt phantasmata, ergo subiectum in scientia est secundum similitudinem, & est illud, quod cadit sub scientia, quod est scibile & dicitur subiectum, quia subijcitur cognitioni ipsius scientiæ & sic subiectum dicitur res considerata in scientia. res apta sciri. de qua proprietates & passiones inuestigantur ac si ego dicerem, lignum est subiectum fabri lignarij, idest est res considerata, in qua omnes suas passiones & actiones con-

Quomodo accipiatur hic sub3

Sciẽtiæ subiectum re ipsa in animã.

Subiectum in sciẽtia ex similitudine.

 siderat

ſiderat. Sic quando quæro, quid eſt ſubiectum in ſcientia, quæro, quæ eſt res conſiderata in hac ſcientia, de qua artifex uult inueſtigare paſſiones & proprietates, & hoc modo dicebat Ariſtoteles primo poſt. .179. ubi dicit ſcientia eſt unius generis ſubiecti principia partes & paſſiones conſiderans, Auerroes exponit, eſt unius rei conſideratæ. hoc etiam Ariſto. determinauit in.6. meta.1. ubi Ariſt. habet quoniam uero phyſica ſcientia eſt circa quoddam genus entis ideſt circa rem conſideratam. quando ergo quæro quid eſt ſubiectum in lib. poſt. Quæro quæ eſt res tractata, & conſiderata, de qua ſunt inueſtiganda principia & paſſiones, uerum ſciendum quòd hoc ſubiectum quòd dicitur res tractata eſt duplex, unum eſt ſubiectum à latinis materiale uocatum, ab Auerroe res tractata, aliud dicitur ſubiectum formale, quod ab Auerroe dicitur modus conſiderandi uel ratio conſiderandi & hæc eſt ratio conſiderandi per quam unus artifex ab alio diſtinguitur ac ſeparatur. exemplum in arte naui factiua et fabri lignaria Subiectum materiale ideſt res conſiderata eſt idem commune utriq; hoc dicit Auer. primo poſt.179. ſcientia eſt unius generis ſubiecti .i. unius rei conſideratæ ſubratione uero, qua ad arcã uel ad nauẽ ordinatur, & deſignatur, dicitur ſubiectum formale, uel ratio et modus cõſiderandi et hoc dicit Auer. 2.phy.18. quando una res multas demonſtratiuas artes ingreditur, uerum alio & alio modo ac diuerſa ratione. Nam de homine medicus & phyſicus conſiderant. Sed medicus, ut arte ſanabilis, phyſicus uero ut habet principium motus & quietis Terminis ſic expoſitis. Quæro Quæ res tractata in libro poſteriorum. Quo ſcito. Quæro ſub qua ratione, & quomodo conſideratur in libro poſt. hæc breuiter pro conſuetudine de quæſtionis titulo.

[marginal manuscript note: q̃ modo uocetur ſubiectum formale ab Auerroe]

Eiuſdem rei diuerſos artifices conſiderates non res ſed diuerſus modus conſiderãdi rei diſtinguit. Auer. in epi. log. cap. de faciẽda demõ. ac defini. idẽ. 2 phy. 18. et. 71.

[marginal manuscript note: quod physicus et medicus de homine cõsiderant]

In Hac Quæſtione hunc ordinem ſeruabo primo aliorum opiniones quæ magis probabiles uidentur, examinatas ponderabo. Nam hoc idem ſemper Ariſt. ſeruauit, Qui ad ueri inueſtigationem ſemper opiniones & rationes aliorum propoſuit, tum ut intellectum noſtrum ad ueri inueſtigationem præexercerent, tum ut ſi quid boni dixerint, accipiamus. Sin autem, non, etiam gratiæ his habendæ ſunt, nam conferunt aliquid, dicit Ariſt. ſecundo meta. tex.2. nam habitum quidem noſtrum præexercitati ſunt, nam ſi thimeus non fuiſſet. non multam melodiam haberemus, & ſi non phrinis fuiſſet, nec talis thimeus ideo adducam primum aliorum opiniones, Secundo opinionem conſonam doctrinæ Ariſt. & Auerrois ultimo ad rationes reſpondebo.

Mos Ariſt. Cuius ratione dat. 7 eth. cap. 14. & .3. meta.1.

Ioannes Grammaticus, qui à laborioſiſſ. inquiſitione circa uerba Ariſt. exponenda Philoponus cognominatus dicitur. in primo priorum & primo poſteriorum tenet treis concluſiones, quas ferè omnes latini ſectantur, quarum Prima eſt. quòd ſubiectum ideſt res tractata in libro poſt. eſt ipſa demonſtratio. Secunda quòd non tantum demonſtratio eſt ſubiectum, in libro poſt. ſed etiam eſt ſubiectum finale & principale in tota logicã uerũ alio et alio modo, ut uidebimus. Tertia concluſio quòd Demonſtratio non tantum eſt ſubiectum in primo poſt. ſed etiam in ſecundo libro. Omnes hæ concluſiones probandæ ſunt. Verum pro harum concluſionum intellectu, eſt ſciendum, quòd demonſtratio dupliciter conſiderari poteſt, uno modo, ut ad ea comparatur, quæ in hoc libro tractantur, et ſic demonſtratio eſt ſubiectum in hoc libro quoniam de demonſtratione in eo Ariſt. ſermonem fecit. poteſt etiam et alio modo demonſtratio ad totam logicam comparari & ſic totius logices demonſtratio eſt finis, & per finem, uult totius logices ſubiectum finale & principale intelligi. Si quidem notum eſt, quòd ſemper perfectius eſt finis imperfectioris.

Tres concluſ. Philoponi.

[marginal manuscript notes: pa, 2a, 3a; demonstratio dupliciter consideratur potest]

Verum

Verũ Philoponus p. probat, quòd demonſtratio ſit ſubiectum finale principale totius logices; pro qua ratione intelligenda, eſt ſciendum, quod ſubiectum finale principale in arte eſt illud, quod neceſſitat omnia in arte conſiderata, & quæcunq; ibi tractantur, neceſſario ad ipſum ordinem & attributionem habent. Secunda propoſitio eſt Ariſt.3.etic. & ſexcentis in locis. Prima ſubſtantia ſcilicet DEVS Benedictus eſt ſubiectum finale et principale in meta. ut habet Auerroes.12.meta.1. nam omnia, quæ in meta. dicuntur, proper deum dicuntur, ſimiliter primus motor in libris phyſicorum. ex hoc Philoponus rationem ponit, qua probat, demonſtrationem eſſe ſubiectum finale in logica, cuius talis eſt ratio. Illud eſt finale & principale artis ſubiectum ad quod omnia neceſſario diriguntur, & omnia ad ipſum ordinem habent, ſed demonſtratio omnia, quæ in logica tractantur, neceſſitat, ergo demonſtratio eſt ſubiectum finale & principale, & quia minor eſt probanda. Philoponus unum declarandum accipit ſcilicet quòd ſyllogiſmorum ſpecies ſunt tres Sophiſticus Topicus & Demõſtratiuus. Sophiſticus eſt ad deceptionem ad fugam non ad uſum ſcientiæ cũ non uſus primo elẽchorum et eſt nobis ut auxiliare pharmacum ad euitandas ſophiſticas importunitates. Sicuti Medici de uenenis non ad uſum tractant. Sic Ariſt. nobis dedit ſyllogiſmum ſophiſticum ad fugiendas ſophiſticas deceptiones. Topicus ſyllogiſmus eſt ordinatus ad utramq; problematis partem ueram uel falſam uincendam primo top. ne à diſputantibus decipiamur. Demonſtratiuus uero tantum ad ſcientiam ueram capeſcendam eſt ordinatus. eius .n. finis eſt. facere ſcire, ut infra dicet Ariſt. Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, & ideo Ariſt.2.meta.15. dicebat. finis phyloſophi eſt ſolum uerum inquirere demonſtratiue non topice nec ſophiſtice. ergo cum demonſtratio faciat ſcire uerum & ſyllogiſmus topicus eſt ad utramq; partem, ut ne à diſputantibus decipiamur. Syllogiſmus ſophiſticus eſt, ut auxiliare pharmacum ad ſophiſticas importunitates euitandas Merito igitur demonſtratiuus ſyllogiſmus erit horum finis. nam omnes tractãtur & ordinãtur gratia ueri. Quod uerum per demonſtrationem acquiritur, ergo demonſtratio erit finis amborum ſyllogiſmorum. & ſic totius logices erit finis. ultra quòd neceſſitet omnia alia, quæ in logica pertractantur probat. Nam cum ſcientia ſemper ſit ab uniuerſalibus ad propria. Si finis logices eſt demonſtratio. Oportebat prius Ariſt. in libro priorum de ſyllogiſmo tractare. eſt .n. uniuerſalior demonſtratione primo priorũ.5. et ſe h3 ut genus, ergo erat neceſſariũ pertractare de ſyllogiſmo, ut per ipſum ad demonſtrationem perueniremus. & dat exemplum. Sicut impoſſibile eſt doricam aut lidiam armoniam cognoſcere ſimpliciter ideſt uniuerſaliter neſcientem pulſare cytheram. nec aliquis oxyrynchũ pingere poteſt ſi picturæ omnino erit expers. Sic impoſſibile eſt, demonſtrationem cognoſcere. Si aliquis ſylogiſmum in communi ignorauerit qui ſe habet, ut genus, et propter hoc primo priorum cap. .5. dicit Ariſt. oportet prius loqui de ſyllogiſmo, & poſtea de demonſtratione. quare ad cognitionem demonſtrationis, oportuit prius cognoſcere ſyllogiſmum, & quoniam ſyllogiſmus ſimpliciter conſtat ex propoſitionibus. neceſſarium erat prius cognoſcere propoſitiones, tamquàm principia, ex quibus ſyllogiſmus conſtat, & ſic de illis Ariſt. tractauit in libro de interpretatione, et quoniam propoſitiones conſtant ex ſimplicibus uocibus. Quæ uidentur principia propoſitionum, ex quibus propoſitiones connectuntur, pertractandum fuit de illis in lib. præd. & ſic à primo ad ultimum, uidetur quòd demonſtratio neceſſitet cunta, quæ in logica tractantur,

Vſus ſyllogiſmorum.

Finis phyloſophi indagare uerum.

Sciẽtia ab uniuerſalibus ad propria Ariſt. 1.phy.4.et.57

cua

cum demonstratio necessitet syllogismum, syllogismus propositiones, propositiones simplices uoces, & necessitat etiam treis syllogismorum species, ergo ipsa omnia necessitat, & per consequens est subiectum finale et principale, ut arguatur sic. Illud est subiectum finale principale alicuius artis, ad quod omnia diriguntur, et propter quod omnia tractantur. Sed ad demonstrationem omnia necessario diriguntur, ut probauimus ergo demonstratio est subiectum principale & finale, quæ cum in hoc libro tractetur, erit subiectum respectu huius libri ad æquatum, respectu totius logices finale et principale & hæc est prima Philoponi conclusio Est secunda conclusio, quòd subiectum in hoc libro est demonstratio ipsa, quod est probandum sed pro rationis intellectu sciendum quòd uult Auer. quod unus sit liber priorum & post. saltim unitate finis, & etiam rei tractatæ, quia ambo tractant de demõstratione, ut dicemus. hoc dicit Auer. 2. post. 100. unus est tractatus libri priorum & post. & etiã primo priorum cap. 1. tuuc arguo sic. Arist. proposuit intentionem in primo priorum, & dixit, esse circa demonstrationem, & quia unus liber priorum & post. proposuit etiam intentionem libri post. immo dico uobis quòd ibi Arist. proponit intentionem tantum libri post. ut græci omnes & Auerroes cõmuni sententia uolunt. quia postea Arist. parũ infra proponit intentionem libri priorum dicendo, deinde determinare, quid propositio, quid terminus, et quid syllogismus et quòd hoc sit uerum. uide Auerroem ibi qui dicit quod proposuit subiectum et utilitatem libri post. subiectum esse de demonstratione, utilitatem gratia demonstratiuæ scientiæ. tunc formatur ratio. illa est intentio, quæ proponitur ab authore, sed Arist. proposuit intentionem lib. post. esse de demonstratione. Quare bene Philoponus, quod res tractata est demonstratio, quòd hoc sit uerũ

Ratio Philopo.

Secunda cõclusio Philoponi

Liber prior. et post. unus unitate finis ac rei tractatæ.

Prima ratio. Autho. Scop. esse quod auth. proponit.

addo secundam rationem, & est textus Aristo. qui meo iuditio non patitur glosam, Arist. in primo priorum cap. 5. ponens intentionem libri priorum & post. dicit determinatis autem his. scilicet propositionibus & termino, dicendum est de syllogismo, postea de demonstratione, subdit prius enim de syllogismo quàm de demonstratione, nam uniuersalior est. quia omnis syllogismus demonstratiuus est syllogismus & non è contra. et Auer. in com. dicit oportet prius loqui de syllogismo, deinde post illum de demonstratione, sed post librum priorum, in quo tractauit de syllogismo immediate sequitur liber post. ut uidebimus, ergo in hoc libro de demonstratione est intentio. Tertia ratio. Arist. in 2. post. cap. 26. secundum commentaria Auer. com. 100. habet dictum est de syllogismo & de demonstratione quid utrũq; sit, ubi Auer. in com. habet cum expediuit illud quod iam in cap. libri priorum proposuerat, quòd id quod intendimus est demonstratio, gratia demõstratiuæ disciplinæ, illud iam epilogat, ex quo tex. potest formari hæc ratio. Illud est subiectũ in libro, quod in prologo proponitur, & in fine epilogatur, sed Demonstratio in prologo proponitur, & in fine de ipsa tractasse, dicit. ergo ipsa demonstratio est res considerata, & hæc eadẽ ratio potest etiam ad tertiã Philoponi cõsionem formari. in qua uult demonstrationem in primo & secundo post. subiectum esse, quod per eandem autoritatem confirmatur, nam. Arist. in fine secundi post. dicit se de demõstratione tractasse. ergo etiam in secundo, quia de demonstratione dicit dictum fuisse. Addit quartam rationem Simplicius, pro cuius intellectu est sciendum. quòd semper titulus libri uel operis à re tractata sumitur, ut patet per omnes ferè libros Arist. Nam liber de anima inscribitur. Quia anima est res tractata. & sic de cœlo. de generatione, & similiter in alijs. Tunc sic Titulus à re tractata sumitur.

Subiectũ quod in prologo proponitur & in fine epiloga.

Simplicij ratio titulum sumi à re tractata.

sumitur. Sed post. liber apud omnes de demonstratiõe inscribitur, ut Auer. dicit in principio huius prologi. QVI LIBER DE DEMONSTRATIONE IN SCRIBITVR. Ergo demonstratio erit subiectum. potest & quinta ratio addi illud est subiectum libri, quòd primo & principaliter definitur primo cœli secundo. Sed Demonstratio primo definitur, ergo demonstratio est subiectum. & si dices primo definitur scire. dico quòd licet, definiatur primo scire, non tamen ut subiectum, sed ut id, quod ingredi debet demonstrationis definitionem. Nam si Demonstratio est syllogismus faciens scire, oportebat prius cognoscere, quid scire, ut definitio per notiora daretur. dicunt isti. sed principaliter & per se primo definitur demonstratio. ergo ipsa est subiectum. & maxime Quòd in nullo lib. definitur nisi. 1. post. præterea ponunt hanc ultimam rõem. Illud est totale uel adæquatum, sub3, quod totam artem continet, & non excedit artem, nec exceditur. Sed in primo & secundo post. tractatur de aliqua demonstrationis conditione. ergo ipsa est subiectum. Minorem probant. quia in primo tractatur de præmissarum demonstrationis cõditione. in secundo de inuentione medij, demonstrationis, ergo totus liber est de demonstratione, hoc concludit Arist. in fine secundi post. cap. 26. ubi finem primi & secundi ponens, dicit dictum est autem de demonstratione. ergo in primo & secundo de demonstratione ut de subiecto totali et ad æquato. Sed restat ut quanti hæ rationes sint, examinemus ab Aristotele nunquam discedentes. Qui pro Auerroe in omni expositione facit. Sed nec Auerrois calumniatores desunt. Qui cum eius opera nunquã intellexerint, ne ut uerius dicam, nunquam legerint. ipsum ut barbarum & inutilem damnant. quibus pro Auer. defensione nihil respondendũ puto, satis enim eum defendit autoritas, quam habuit ab ætate sua ad hæc tempora apud doctissimos phylosophos, nec ipse Auerroes si uiueret à tali hominum genere refutari curaret, nec profecto defendendi locus daretur. Nam qui Auerroi Male dicunt, non in corona phylosophorum, ut par esset, id agunt, sed domi, in puerorũ multitudine. Sed unde digressus sum, reuertar. Hæc dicta Philoponi considerando, uidetur quòd non sapiant Aristo. mentem. & quo ad primum. nam si per dicta, subiectũ finale pricipale in arte debet eẽ nobilius oĩbus in arte cõsideratis, ergo cum definitio sit nobilior omnibus consideratis à logico. ipsa erit finale subiectum non demonstratio. quòd autem definitio sit nobilior omni eo, quod à logico consideratur: probatur ex dictis. etiam suis nam omnes concedunt quod demõstratio, est nobilior omni considerato à logico præter definitionem, si quidem definitio est nobilior demonstratione. nam secundo post. primo dicebat Aristo. quatuor esse quæsita æqualia numero scitis. Inter quæ quæsita principalius & perfectius est quæsitum quid, quod est per definitionem. ergo erit perfectius quæsito, cur res est, quod est per demõstrationem: quare potius definitio subiectum erit finale, quam demonstratio cum sit ipsa perfectior. Secundo nos possumus uidere quòd hic uir male dicat ex uerbis & sententia Aristo. nam ex perfectione finis nos possumus arguere ad perfectionem medij et instrumenti ducentis ad finem: adeo ut quanto finis perfectior, tanto instrumentum uel medium debet esse perfectius, tunc arguo, sed finis qui acquiritur per definitionem, est perfectior fine, qui acquiritur per demõstrationem. ergo demõstratione est perfectior definitio, definitio enim facit acquirere scientiam substantiæ & quiditatis rei. 7. meta. comm. 33. demostratio uero accidentia propria. ergo quanto substantia excedit accidentia in perfectione & nobilitate. tanto definitio

Subiectum id quod primo definitur.

obiectio cõfutatio

Conditio ad æquati subiecti.

Cõtra Philopo.

Cõtra Philopo.

finitio excedit demonstrationem, & ideo Arist. ex perfectione rerum dicebat. 7. meta. 4. scire autē tunc singula maxime putamus, quādo quid scimus magis quàm cū quale aut quantū, et causa est. quia uti res se habet ad esse, sic ad cognosci, modo substātia est perfectior accidente, ergo instrumentum, quo scimus substantiam, debet eē perfectius, & nobilius instrumento, quo scimus accidētia. Hinc sequitur demōstratiue quòd si definitio ē īstrumētū, quo scim⁹ sūbtiā, demōstratio quo scimus accidētia. ergo definitio erit instrumētū per fectius demōstratione, ergo ipsa sūbm finale & principale. Tertia ratio sumitur etiā ex uerbis suis. Illud est subiectum princeps in aliqua arte, quod necessitat omnia quæ in illa arte dicuntur, & ad quod omnia habent attributionem. tunc sic omnia, quæ tractantur in logica, ordinantur ad definitionem. & ipsa omnia necessitat, ergo definitio erit subiectum principale et finale. quod autem omnia quæ tractantur in logica ordinentur ad definitionem, probatur: nam 2. post. cap. 1. et. 11. oīa tria quæsita ordinantur et reducūtur ad quæsitū quid. ergo ipsum necessitat omnia quæcunque dicuntur in arte. quia est omnibus perfectius. modo omnia imperfectiora ordinantur ad perfectius. tanquam ad finem & quod hoc sit uerum, adduco authoritatem Auer. in primo post. com. 11. in fine com. ubi habet quod scire per demonstrationem simpliciter est perfectius, quam scire per signum dat causam eo qa continet in potentia quæsitum quid & definitionem, quæ naturaliter desideratur, & ob ipsam appetitur scientia causarum idest demonstrationum per causas, exquibus uerbis colligo duo. primum quod definitio naturaliter desideratur pro fine. non demonstratio. Secundum quod scientia causarum est propter definetiones. ergo definitio necessitat demonstrationē. quia est finis ob quem appetitur scientia demonstrationis. &

Instrumētum sciend' eo nobilius quo nobiliorem rem facit scire.

Tertia ratio.

hoc etiam confirmat Auer. in illo com. famoso secundo post. 38. ubi inquit quicquid dictum est in primo dictum est propter id quod in hoc libro commostratum est) ergo definitio necessitat demonstrationem, tunc ex his utor argumento Philoponi. illud est subiectum finale principale quod necessitat, omnia quæ dicuntur in arte, Sed definitio necessitat omnia quæcunque dicuntur in logica. ergo est subiectum finale principale, minor probatur nam demonstratio necessitat omnia, quæ dicuntur in logica per Philoponum, & definitio necessitat demonstrationē, ut uidistis per uerba Auer. & Arist. quoniam omnia quæsita ordinantur ad quæsitum quid, ergo uidetur quod definitio est subiectum finale & principale, & hæc est uera Aristo. & sui sacerdotis Auer. mēs. derelīquo an ēt philoponus benedicat in libro perihermenias pertractari propositiones qa hoc excedit nostrū negotiū. EST aliud dictum Philoponi. demonstrationem esse rem considerata, & subiectum in libro post quam opinionem destruit Auer. in hoc prologo in illis uerbis. Quando dicit Demonstrationes tractat quo ad res quæ procedunt uice materiæ ipsarū. Vult Auer. in his uerbis ut infra latius declarabitur, quod demonstratio habeat duas partes & duo prædicata. una pars est, quæ gerit uicem formæ, altera est quæ gerit uicem materiæ, pars formalis demonstrationis est syllogismus, figura debitus ordo: quæ dicitur pars formalis, quia est res uniuersalis omnibus speciebus syllogismorū et in ipsa syllogismi forma oēs species syllomorū conueniunt, & quia causa conuenientiæ est forma, quæ est fundamentum uniuersalitatis. primo cœli. 92. ideo syllogismus dicitur pars formalis demonstrationis, quia est illa res uniuersalis in qua omnes syllogismorum species conueniūt. sicuti participatione speciei, oēs homines sunt unus homo, utrum uero propter hoc syllogismus dicatur

Alia cōclusio.

Expo. tex.

tur pars formalis, infra disputabitur: est & pars materialis et sunt præmissæ demonstratiuæ, quæ dicuntur partes materiales, quia sunt illæ ex quibus demonstrationes constant, quod quomodo sit, infra declarabitur, his sic declaratis, arguo contra hanc opinionē. Si demonstratio esset hic subiectū, ergo de ipsa tractarentur principia et partes, nam de subiecto inuestigantur principia partes et passiones. sed in libro post. non tractantur principia omnia, & partes omnes demonstrationis, si quidem non tractatur pars formalis. i. syllogismus figura et ordo quæ est pars necessario requisita ad demonstrationem, ergo non tota demonstratio ē subiectū et res tractatæ in lib. post. hæc rō apud oēs sanæ mentis uidetur demonstrare, Ex isdem etiam uerbis Auer. potest formari tertia ratio. si subiectum in aliquo libro non debet excedere librū. nec ab ipso excedi debet. quo modo erit subiectum in libro post. tota demonstratio, cum ipsum excedat. nam in libro posteriorū non tractatur unum prædicatum conueniens demonstrationi, quod est prædicatum formale. nam Aristoteles in hoc libro tantum unum prædicatū inuestigat, scilicet præmissas demonstratiuas quo ad earum conditiones. & eo magis, quia ut patebit infra hic liber cū libro priorum, est unus ab una re tractata. de qua re Aristo. inuestigat prædicata in his duobus libris. non ergo in hoc libro post. tota demonstratio. cum etiam in utroque libro Arist. proposuerit unum proemium in primo priorum primo, et fecisset eundē epilogum in secūdo post. 100. ergo una res tractata in utroque scilicet tota demonstratio. de qua unum prædicatum scilicet formale in libro priorum, inuestigauit, de materiali uero in libro post. s. de præmissis demonstratiuis. nō ergo tota demonstratio, et hoc clare dicunt uerba Auerroes quando dicit. QVANDO: Demonstrationes componuntur ex duplicibus rebus. quarū altera sunt præmissæ, quæ gerunt uicem materiæ. & altera est ratiocinatio, quam syllogismum dicimus quæ gerit uicem formæ, quæ cum iam explicata sit in libro priorum analiticorum incepit hic sermonem facere de altera re remanente ad cognitionem syllogismi demōstratiui, quæ est dispositio materierum ex quibus illæ cōponuntur. Ex his uerbis Auer. clare patet: quæ est intentio in hoc lib. non tractare de tota demonstratione sed de una parte tantum. s. de præmissis, cum de reliqua pertractasset in libro priorū: non ergo tota demonstratio ut Philop. sentiebat. Et pro hoc confirmando, adduco tertiam rationem Auer. ī hoc prologo, ubi soluens unam difficultatē. unde est quod Aristo. non fecit duos libros, uel tractatus, de definitione, sicut duos libros de demōstratione. soluit in illis uerbis. QVONIAM Non est inuenire rem aliquam in definitionibus, quæ gerat uicem formæ, Dat causam Auer. quia in definitione non est inuenire rem communem, quæ gerit uicem formæ & rem propriam, quæ gerit uicem materiæ, sicut in demonstratione. Quod quomodo intelligatur infra declarabitur, Ex his uerbis colligo rationē. si liber priorum nō tractaret de aliqua parte demonstrationis. uanum esset hoc quæsitum. unde ē quod non facit duos libros de definitione, sicuti de demonstratione: ergo Aristo. fecit duos libros de demonsteatione. non ergo tota demonstratio tractatur in lib. post. sed aliqd eius tractatur ī lib. prio. bene igitur Auer. dixit. cū explerit tractare unā partē in libro priorum, reliquum erat hic tractare de altera remanente scilicet de præmissis demonstrationis. Sed his dictis insurgeret aliquis nouus sacerdos ī doctrina Auer. si Auer. dicit quod ideo non de tota demonstratione agitur in lib. post. quia non de parte formali. s. de syllogismo, qui ē pars formalis demonstrationis, hoc uidetur falsum. nā syllogismus nō est pars formalis tantū demōstationis,

Prima ratio contra The.

Secunda rō.

Textus Auer.

Tertia ratio Auer.

Tex.

Dubium.

sed etiam aliarũ specierũ syllogismorum.est.n. forma syllogismi topici, & elenchi, cum sit uniuersalior omnibus. primo priorũ cap 5.ergo male Auer. qui dicit cum tractasset in libro priorũ de forma demonstrationis.qa syllogismus est forma omniũ specierũ syllogismorũ, et nõ tantũ demõstratiõis.ergo tractauit de parte formali omniũ syllogismorũ,ad hoc respõdeo.quod syllogismus,qui primo priorũ definitur, quod est oratio in qua etc. est instrumentũ notificans ignotũ naturaliter ex notis præmissis nãliter, et hoc nõ cõuenit nisi syllogismo cathegorico per se. præcipue uero conuenit demõstrationi. et ideo dicebat

Responsio.

Auer.2.post.primo exponẽs illã particulã,quæsita sunt æqualia numero scitis. dicit Auer. post demõstrationẽ:alijs uero spẽbus syllogismorũ nõ cõuenit per se.s3 per accidẽs et secũdario. sũt.n. qdã discursus nõ ex noto nãliter ad ignotũ nãliter,sed ex aliqualiter noto ad aliqualiter ignotũ. Quare dicuntur potius manifestãtes, quã probãtes hoc patet ex uerbis Auer.secũdo physi.3.& primo cœli.2. sed tantũ forma syllogismi forma demonstrationis est per se et primo.quia principaliter et per se.hoc scilicet ex noto ignotũ probare in ipsa inuenitur, in alijs uero non ita per se & principaliter,et ideo Auer.inepit. log. cap.3. de notificatiõe syllogismi cõditionalis h3 quod tãtũ cathegoricus h3 inferre, & probare naturaliter ignotum.ergo forma & syllogismi figura & ordo principaliter ob demonstrationem sunt constituta.nam & si in alijs ẽt syllogismorũ speciebus reperitur, non nisi ut demonstrationi deseruiant.habet enim Auer in fine istius prologi. quod omnes partes logices fuerunt edoctæ.ut seruiant demonstrationi: syllogismus enim topicus ante demonstrationem deseruit, ad discernendũ uerum, post demonstrationem ad confirmandum uerũ demõstratũ. similiter dicitur ab Ari.syllogismus sophisticus ne offendat demonstrationẽ,

Expo.Auer.

dicebat Philoponus in prologo suo primi post. sicuti medici habent scientiam de uenenis, ne homines offendãtur. ergo forma syllogismi, quæ est ex noto naturaliter ignotum probare in modo & figura, non inuenitur nisi in demonstratione per se, quæ ex noto habet probare naturaliter ignotum,in alijs uero instrumentis non reperitur,nisi ut ordinantur ad demonstrationem, & quoniam secundo de anima.49. à fine unũquodq; denominari iustum est. possumus dicere syllogismum formam demonstrationis, & non aliorum syllogismorum. quoniam demonstratio est finis syllogismi,forma enim & debitus ordo syllogismus ipse primo & per se fuit ordinatus ob demonstrationem, tanquam ob finem, & ideo Aristo. primo priorum cap.primo dicit uelle determinare de demonstratione, sed primo de syllogismo. ob demonstrationem, quia est uniuersalior, ergo primo & præcipue syllogismus est ordinatus ob demonstrationem. & licet syllogismus sit forma syllogismi topici et sophistici, nõ tamẽ syllogismus.est inuentus propter syllogismũ topicũ.nã finis syllogismi topici ẽ uictoria primo post.85.et topicus syllogismus ẽ ordinatus ut sciamus uincere respõdentẽ.nec syllogismus ẽ ordinatus propter syllogismũ sophisticũ, quoniã quãdoque syllogismus sophisticus peccat ĩ figura et dicitur paralogismus.ecce nõ est ordinatus syllogismus,primo et per se,nisi ob demõstrationẽ. aliorũ aũt ẽ secũdario,et per accidẽs,ex qbus uerbis p3.solutio.syllogism9 dicitur forma demõstrationis ob duas cãs,primo qa principaliter per se et maxime demonstrationi deseruit, secũdo qa ĩ ipsa inuenitur primo et per se,ut ĩ cã finali,mõ à fine res denominatur,et hæc quo ad secundũ philoponi dictum sufficient. Erat aliud & tertium dictum Philoponi. Quod Demonstratio tota est subiectum primi & secundi libri posteriorum,circa quod dictũ. seruabimus talem ordinẽ.

Tertia cõclu. Philopo.

Auer.opinio cõtra Philop.

Primo uideamus quo modo contradicat Auer. & Aristo. & per consequens ponemus opinionem Auer. secundo ponemus rationes. Auerro. noster ponit suam opinionem circa hoc quæsitum in illis uerbis quando dicit. ET CVM Explcuerit tractare præmissas & Dinumerare ipsarum conditiones. tractat eas inquantum sunt definitiones,& ut uniuersalius inquam inquantum ducunt ad perfectam conceptionem. Sed pro his intelligendis uerbis est sciendum illud, quod dicit Auerroes .3. de anima.21. quod operatio, qua intellectus aliquid intelligit, est duplex una est,qua intellectus tantum simplicia intelligit,& simplices rei conceptus concipit, quæ à latinis dicitur simplicium aprehensio,ab Auerroe formatio uel conceptio. quia ipsas tantum intellectus aprehendit simplices formas sine uerbo, sine affirmatione,& negatione,& ideo dicitur simplex rei conceptus, est & alia operatio, qua intellectus intelligit aliquod affirmando, uel negando per discursum,quæ operatio à latinis dicitur cõpositio uel diuisio,ab Auer. fides. quia est discursus quidam uel credulitas, qua assentimus uero,uel falso. Secundo est præsupponendum, quod definitio declarat simplicem rei quiditatem,non dicens esse uel non esse,ut uidebimus primo post.14.et Auer.declarat.7.meta. 42. demonstratio autem dicit esse uel non esse per affirmationem & negationem. His sic declaratis. Patent uerba. Auer. quæ obscurissima uidentur,inquit Auer. DICIMVS Ita que libri intentionem esse scrutari demonstrationes & definitiones. Ecce intentio utriusque libri infra dans intentionẽ propriam ĩ uno quoque, dicit. ET Cum expleuerit tractare præmissas & dinumerare ipsarum conditiones, ecce subiectum primi libri, dans & ponens subiectum secundi inquit. TRACTAT Eas inquantum sunt definitiones, & ut uniuersalius inquam,

Tex. 1

Duplex operatio intellectus.

inquantum ducunt ad perfectam conceptionem. Hoc est subiectum secundi libri,ex quibus uerbis patet contra Philoponũ, quod non demonstratio est subiectum in secundo & primo.Sed duæ res diuersæ. Nam definitio in secundo,& demonstratio in primo, quæ sunt duo instrumenta diuersa. ducentia ad diuersos fines. Sed aliquis dicet. Idem est demonstratio, & definitio,nam Auerroes dicit. Cum expleuerit tractare præmissas in primo, tractat eas, ut sunt definitiones. ex quibus uerbis patet, quod eadem sit definitio, & præmissa demonstratiua. Ad hoc dico, quod aliqua esse eadem, contingit duobus modis, uno modo aliqua sunt eadem subiecto,quæ ratione & definitione distinguntur, altero autem modo aliqua sunt eadem ratione & definitione hæc distinctio sumitur ex uerbis Auerrois secundo physi. .20. Sed clarius ex uerbis Aristo.8. physicorum.65.tunc hac distinctione stante. dico quod definitio & demonstratio sunt idẽ subiecto,& hoc modo intelliguntur uerba Auer. sed differunt ratione & modo considerandi. Sunt idem subiecto. nam illi met termini qui ingrediuntur & constituunt Definitionem, illi met constituunt demonstrationem. si quidem dicemus in primo post.30. quod in primo modo dicendi per se, est quando tota definitio prædicatur de definito.uerum differunt ratione, & modo considerandi.nam dicitur definitio,ut instrumentũ cõtra diuisum demonstrationi, faciens scire qd, demõstratio uero faciens scire quale, quæ iõ dicitur demonstratio, ut habet præmissas per se primas etc. modo differt dicere quid, & per se,nam quid tãtum rei quiditatem significat per se uero accidentia quoque significare potest:ergo differunt ratione. differunt ẽt rõe, si quidem faciunt scire duo quæsita diuersa,ergo ipsa sunt duo instrumenta diuersa, non re, sed ratione. Tertio differunt solo ordine,et partium positio-

Dubitatio

responsio de duobus modis

Tex. ne ut uidebimus infra in primo posterio. tex.66. primo permittente numine, ex quibus ita declaratis patent uerba Auerrois ET CVM expleuerit tractare præmissas, & dinumerare ipsarũ conditiones, ecce subiectum primi lib. non tota demonstratio. sed præmissæ demonstratiuæ, ponens subiectum secundi dicit. Tractat eas, ex quo uerbo uult Auer. quod sint idem præmissæ, & definitiones, sed idem subiecto, nam dicit. Tractat eas, ergo sunt idem subiecto, ponẽs modum considerandi diuersum sub ratione formali dicit. INQVANTVM ducunt ad perfectam conceptionem, ecce ratio formalis considerandi diuersa, nam ut scribitur ab Auerroe & Aristo. secundo physicorum .18.19. & .20. & 71. una res potest considerari à diuersis scientijs. sed diuersa ratione formali, & diuerso respectu, distinctio enim scientiæ sumitur à ratione formali considerandi, non à re tractata, nam Matem. cõsiderat de corpore, et physicus, et eadẽ est res considerata. sed diuersa rõne formali penes quam una scientia distinguitur ab alia, eodem pacto hic, licet sint idem re definitio & demonstratio. tamen quia ratio formalis unius speciæ & ratione differt ab alia, ideo Arist. tractat de illis in his libris diuersa ratione & modo considerandi, nam in primo de præmissa, ut ducit ad perfectam assertionem. in secundo de eadem ut ducit ad cõceptionem, nam si non tractaret de illis diuersa ratione, unus esset superfluus, cum à diuerso considerandi modo sumatur distinctio, et diuersitas considerationis, & ideo male Philop. quòd in secundo etiam, demonstratio est subiectum. cum demonstratio non tractetur ibi sub ratione formali ut demonstratio. sed ut definitio, quæ licet re non differant, tamen modo et ratione formali considerandi, à qua sumitur distinctio diuersorum tractatuum & librorum, & ideo Arist. in secundo post. cap.2. ponens intentionem dicit esse tractare, quo modo inuestigetur quod quid idest definitio. & quorum est, & quorum non est definitio, ecce tractat de definitione sub ratione formali distincta à demonstratione. & ideo Arist. dicet in tex. com.8. huius primi post. quam dedit definitionem de demonstratione, de qua uult inuestigare, inquit si est alius sciẽdi modus, posterius dicetur & per alium sciendi modum, omnes boni Aristo. interpretes intelligunt definitionem, hãc intentionem Aristo. explicauit Auer. in secundo post. com.69. in principio com. ubi ponens intentionem secundi libri, dicit esse de definitione & de speciebus eius, earumque proprietatibus ut ibi potes uidere. Sed quia sectatores omnes opinionis Philoponi. imaginantur faciliter soluere has rationes. ideo cum ipsis oportet in arenã descendere, dicũt isti quod nullus negat, quin in secundo non tractetur de quod quid. & de definitione, quia hoc clare Aristo. in locis dictis declarat & Auer. sed Arist. tractat de quo quid. & de definitione. inquantum definitio est mediũ in demonstratione, clare enim Aris. declarauit ĩ secundo post. quod medius terminus in demõstratiõe est definitio siue maioris siue minoris ut declarabitur ĩ com.11. huius. ergo ad oẽs rationes unica solutione respondent, in secundo de definitione tractari ut de medio in demonstratione, quod est ipsum quod quid. uel subiecti uel passiõis. Sed ista respõsio pace tantorũ uirorũ nõ satis facit. nã ad huc rationes stant in suo robore. Ari. ĩ tex. cõ.8. dicit si ẽ alius sciẽdi modus posterius dicetur. ecce uult ĩuestigare ĩ.2. de definitione. ut de alio instrumẽto sciẽdi distincto à demonstratione. mõ medius terminus non distinguitur à demõstratione ĩ agenerãda sciã. Idẽ .n. faciũt scire, nõ diuersa, cũ sit tota demõstratio ĩ potentia. & scientia, quæ ageneratur à demonstratione est ratione medij. hoc declarauit Auer. in isto prologo quãdo dicit, tractat .n. definitiones, ut

Defensio Philopo.

Refutatio.

ducunt

ducunt ad perfectam cõceptionem, modo definitio ut ducit ad perfectam conceptionem idest simplicem rei quiditatem, non est medius terminus ĩ demonstratione. sed est prædicatum in quid, dicebat si quidem Aris. in secundo post. cap.2. in fine cap. alterum quodqd est ostendit, & alterum demonstratio. DEFINITIO Quidem quod quid est ostendit, demonstratio autem quia si est hoc de hoc. ecce clarissime patet quod Arist. loquitur de definitione non ut de medio demonstrationis. quia faceret scire ut medius terminus in demonstratione si est hoc de hoc. sed ut definitio facit scire quid, de qua scientia uult inuestigare in secundo posteriorum hoc etiam declarauit Arist. secundo post. cap.17. ubi inquit. QVO MODO Quodqd in terminos assignatum ẽ. & quo modo demonstratio aut definitio sit ipsius uel non dictum est. quomodo autem oportet uenari ea, quæ prædicantur in eo quod qd nũc dicamus. Ex his uerbis colligitur clare si Ari. intẽdit uenari quo modo partes ipsius definitionis prædicantur in eo quod quid. ergo non de medio termino. probo tum quia medius terminus non habet, partes sed ipse est pars simplex. causa prima inmediata: non composita, tum & secundo quia medius terminus in demonstratione nõ prædicatur in quid. sed bene est prædicatum per se. modo differt dicere per se, & in quid. nam per se potest cõpetere accidentibus proprijs. in quid autem prædicatum competit tantum formæ, quæ declarat quiditatem rei. 7. meta. 34. & .21. et declarabitur hoc in com. primo istius quare patet, quo modo ista ratio demonstrat: quod non de medio in secũdo, sed de definitione ut definitio prædicatum in quid, hanc conclusionem posuit Auer. secundo post. com.69. ubi habet Quando intentio eius in hoc libro prima fuit loqui de definitionibus. quod enim in illis scrutatus est differentiã inter ipsas. & ipsas demonstrationes. ecce clare loquitur in secundo de definitione: ut differt à demonstratione, & non ut medium in demonstratione. hoc met ut ueritas ex omni parte sibi constet, declarauit noster Auerroes in secundo posteriorum com. primo ubi habet. INCEPIT Hic considerationem secundæ partis, quæ est consideratio de definitionum speciebus, & de omnibus ipsarum euentis, dat causam dicens, Ex quo definitio est aliud à demonstratione. per quæ uerba clare patet, quod Aristoteles tractat de definitione, ut distinguitur à demonstratione. modo medius terminus cum sit tota demonstratio in potentia, non distinguitur ab ipsa, sed pro clariori intellectione ueritatis pono treis rationes, et sic erit finis huius tertij quæsiti, Pro quarum notitia accipio primo, quòd Arist. in secũdo posteriorum capite secundo ponens suam intentionẽ dicit, quòd uult declarare quo modo demonstretur ipsum quod qd ẽ, quod ẽ quæsitũ naturaliter ignotum, ut Auer. inquit in secundo post. com. primo, ergo ex his uerbis patet, quòd Arist. uult declarare quo modo per demonstrationem acquiritur, quod quid. Tunc arguo ex his uerbis demonstratiue, si per te. Aristoteles in secũdo posteriorũ de quodqd. uel de diffinitiõe per tractat ut est medium, ergo uult declarare, quo modo monstretur quodqd, idest quo modo monstretur medium, quoniam idem quod quid ac medium, sed hoc est falsum, nam medium in demonstratione est principium inmediatum in demonstrabile ut Auer. declarat primo post. com.10. nam aliter processus esset in infinitum, hoc idem confirmat Auer. in eodem primo com.11. quando dicit nil aliud est dicere præmissas esse causas primas quam præmissas continere medium, qui sit causa prima in mediata in demonstrabilis, ergo si Aristoteles de definitione ut de medio in secundo tractaret, uellet probare, an medium possit demonstratione acquiri. quod est omnino ridiculum.

Prima ratio.

Vltra

Vltra & fortius. Arist. in secundo inuestigat, an diffinitionis sit demonstratio. si per te Arist. de diffinitione, ut de medio ibi tractat, inuestigaret an medij sit demonstratio, quod est falsum. cum ex ipso sit demonstratio, & non est demonstatio ipsius medij, sed est illius quod quæritur, quod est passio naturaliter ignota. Tertio Aristoteles in secundo cap. dicit uelle inuestigare, an idem possit sciri demonstratione & definitione, dat causam. quia sunt instrumenta diuersa, & unum facit scire quid. reliquum quale. quæ sunt diuersa quæsita: modo medius terminus in demonstratione facit scire iddem, quod demonstratio. nam terminantur ad idem quæsitum: male ergo diceret Aristo. quòd faciunt scire diuersa quæsita definitio & demonstratio. si per definitionem intelligeret medium: quoniam idem facit scire medium, quod demonstratio. cum sit tota demonstratio in uirtute: ergo de definitione, ut de instrumento, contradiuiso à demonstratione in secundo pertractat, non ut est medium in demonstratione. nam de medio pertractauit in primo à cap. 16. usq; ad caput. 27. & pro hoc uide Arist. in. 1. post. cap. 18. in principio cap. ubi inqt MANIFESTVM quòd per medium necessarium, oportet habere demonstrationem, similiter in cap. 25. ī fine cap. habet Arist. SI Vniuersale non sit medium, non erit. ubi clare notū est. Arist. de medio loqui, cum ipsius inuestiget conditiones, patet ergo, quæ sit uera Arist. mens, & qomodo Philoponus in hoc ipsum non inspexit. Ideo omissis istorum opinionibus dicamus ea, quæ Arist. mentem sapiunt circa hoc quæsitum: quæ omnia declarat Auer. in hoc capite de intentione, sed antequàm. hoc demonstrem. oportet aliqua præsupponere. sectans morem Arist. qui præcipit demonstratorem semper debere aliqua præsupponere, primum præsupponendum est, quod subiectum est triplex, quodam est subiectum, quod artem comprehendit & omnia quæcunque in arte dicuntur, quod subiectum à latinis uocatur totale, ab alijs uocatur subiectum adæquationis, quia hoc subiectum non excedit artis considerationem. neque ab arte exceditur, nam nihil in arte illa consideratur, quin sit aliquid illius subiecti. & quia hoc subiectum, in uirtute uel in potentia omnia quæ considerantur in arte continet, ab alijs iunioribus barbara uoce dicitur subiectum uirtuale, exemplum est, si dicerem, uniuersum est subiectum in phylosophia naturali: quoniā quicquid consideratur in phylosophia, est aliquid uniuersi, & omnia quæcūq; à physico cōsiderantur, continentur in uniuerso. ergo de ratione subiecti totalis uel adæquati est, quòd non excedat artem, neque excedatur ab arte, secundum est subiectum partiale, & est illud quod tātum in illa arte particulari uel in parte artis considerantur, de quo inuestigantur prædicata et passiones actu ei conuenientes. & hoc modo dicebat Auer. secundo physicorum. 3. com. natura et principia naturalia sunt subiectum huius libri. s. partiale. hoc subiectum ab alijs dicitur subiectum actuale uerba tantum mutantes. et est illud, de quo actu passiones quæruntur. quando autem passiones non actu de illo quæruntur sed de aliquo eius, quod potentia est in illo, dicunt quod est subiectum uirtuale sed Auer. noster uocauit hæc subiecta: uel subiecta secundum partem et partialia aliquādo secundū speciem uel secundū totum, ac si subiectum uel sit totale uel particulare, hoc colligitur ex dictis Auer. secundo phy. 26. ubi habet nulla scientia nec uniuersalis nec particularis probat suum subiectū esse. ergo simili modo subiectū erit duplex uniuersale, quod idem est quod totale. Vniuersale enim quoddam totum est primo physi. 4. & subiectum partiale. sicuti est & scientia, quæ est passionum subiecti, hoc etiam Auer. 4. cœli. 32. ubi uocat subiectum

Secunda rō (margin)

Tertia ratio. (margin)

Arist. præceptum. (margin)

Sbm triplex. (margin)

iectum partiale speciem subiecti, & quia Auer. nihil protulit sine sententia præceptoris Aristo. etiam, hanc distinctionem significauit in primo physicorū tex. 1. ubi proponēs subiectum uniuersale totius phylosophie, dicit esse res naturales, quæ habent principia causas & elementa, in fine illius textus proposuit subiectum secundum partem in libris physi. dicens quare circa principia, quæ de natura sunt, primo determinare tentandum, quæ sunt subiectum partiale in libro physicorum, ut Auer. declarauit secundo physicorum 3. quando dicit natura et principia naturalia sunt subiectum huius libri non dicit huius scientiæ, qa non erat subiectum totale sed partiale, eodē pacto. gratia exempli. si dicerem subiectum in tota logica uniuersale uel in potentia. (nam uniuersale est potentia omnia singularia. 3. meta. 10.) sic subiectum uniuersale uel in potentia sit syllogismus, nam licet in tota logica non tractetur de syllogismo. tamen de aliquo semper tractatur, quod in uirtute et potentia est sub syllogismo: sed subiectum partiale, quod actu consideratur in partibus logices. erit enuntiatio in lib. peribermenias, Et præmissæ demonstratiuæ in lib. post. ut uidebimus, hoc ergo est subiectum totale et partiale, Tertio modo est subiectum principale & finale, & est illa res quæ inter partes subiecti uel rerum consideratarum est perfectior & principalior. dicitur secundo subiectum finale tum quia perfectior. modo finis ē perfectior his, quæ sunt ad finem, tum etiam, quia. 9. meta. 15. finis est primus in intentione, & ultimus in exequutione. sic etiam subiectum finale licet primo intēdatur, tamen ultimo cognoscitur, ut colligitur ex uerbis Auer. 12. meta. 1. hoc modo etiam in. 8. physicorū dicit Auer. prima intentio est cognoscere primū motorem, & ultimo cognoscitur, dat causam, qa omnia cognita ante ipsum fuerunt cognita ob ipsum. hinc patet quod regula cognoscendi hoc subiectum: est quādo cognouerimus, quod inter partes subiecti est perfectior & est prima intentio, quæ ab Alexandro dicitur Scopus cum sit primum in intentione, & ultimo cognoscatur, quia omnia ante ipsum sunt causā ipsius. Tertium quod est sciendum, est quod logicus habet inuenire instrumenta sciendi cōmunia omnibus scientijs. ut habet Arist. primo top. 1. cap. instrumenta autem sciendi sunt duplicia. aut est per demonstrationem aut per definitionem, & ratio est, nam si Auer. primo de anima. 5. dicit principia scientie sumuntur ex principijs quæ sunt in re, ergo instrumenta sciendi sumuntur etiam ex rebus, sed quia res omnis quæ scitur. uel est substantia uel accidens. ergo instrumentum faciens & ducens ad scire, erit duplex, uel faciens scire substantiam, & est definitio uel faciens scire accidens, & est demonstratio, nā definitio dicit, quid & rei substantiam. demonstratio quale & propria accidētia, cū ergo duæ sint res, quæ sciri possunt, ergo duo instrumenta. potest etiam esse alia ratio, quæ quasi est eadem, nam finis. 3. eth. habet necessitare instrumenta, quæ ad finem ducunt, & etiam modum instrumenti, ut si finis fabri est facere arcam: instrumentum debet esse ex ferro non ex cera, cum ergo duo sint fines ad quos ordinantur instrumenta scientiæ, ergo tot erunt instrumenta, fines enim sunt scire substātiā rei, uel rei proprium accidens, ergo duo erut īstrumēta, unū quo sbtiā rei scimus. et ē ipsa definitio, aliud quo accidentia propria, & erit ipsa demonstratio, hoc declarauit Arist. primo de aīa 48. sed clarius. 11. meta. cap. primo fere in principio ubi inquit unum est instrumentum sciendi, quo accidentia rei scimus, & non quiditatem, & est demonstratio, alterum est quo quiditatem rei cognoscimus, & est definitio, hoc idem Auer. declarauit in principio epitomatum logicalium, ubi habet unum est instrumentum, quo quærimus quod

quod quid est, & est dictum ab Auer. hoc instrumentum formatio, secundum est instrumentum, quo scimus propria rei accidētia. quod uocatur assertio ab Auer. ex quibus sic declaratis patet quotuplex est instrumentum sciendi, et quare duplex, his sic stantibus, pono conclusiones de mente Auer. circa hoc quæsitum.

Prima conclu. Prima conclusio subiectum totale adæquatum unum in lib. priorum & posteriorum est demonstratio tota, accipiendo demonstrationem in communi ad treis species demonstrationis. quia, simpliciter, & propter quid.

Secūda cōclu. Secunda conclusio subiectum partiale in primo posteriorum sunt præmissæ demonstratiuæ cōmunes omnibus speciebus demonstrationis. accipiendo subiectum pro re considerata, uel ut aiunt latini pro materiali, pro ratione formali considerandi, ut ducunt ad perfectam assertionem.

Tertia cōclu. Tertia conclusio subiectum partiale in secundo posteriorum, est definitio pro re cōsiderata. pro ratiōe formali ut ducit ad perfectā conceptionem.

Quarta cōclu. Quarta conclusio subiectum totale uel adæquatum. in primo & secundo post. est instrumentum sciendi commune definitioni et demonstrationi. communitate analoga.

Vltima conclusio. Vltima conclusio finale & principale subiectum non solum istius libri sed totius artis logices est definitio, ut instrumētū cōtra distinctū demōstrationi: quantū ad primā cōclusionē, quod subiectū totale ī libro priorum & posteriorum sit demonstratio, est sciendum, quod mos Arist. & cuiuscunque authoris est. quod ī una narratione uel in uno libro semper ī principio proponitur una intentio ī Proemio, & eadem epilogatur in epilogo, HINC patebit an liber priorum et posteriorum sit unus liber.

Vnus liber priorum & post. In libro priorum & posteriorū Arist. unam tantum proponit intentionem. & in utroque eandem met epilogat. quare de necessitate unus erit liber dicit enim Aristo. in proemio primi priorum proponens intentionem, & utilitatem utriusque libri Primū oportet dicere circa quid & de quo est intentio quoniam circa demonstrationem & de demonstratiua disciplina. Hæc intentio est tum libri priorum ac etiam lib. posteriorum, & magis libri posteriorum, quoniā Auer. inqt ī cō. tractat enim de syllogismo propter demonstrationem, quæ demonstratio in libro post. tractatur, quo ad nobiliorē partem, ut infra patebit, hanc met intentionem epilogat Aristo. in fine secundi posteriorum cap. 26. dicens. DE syllogismo igitur et de demōstratione quid utrūque & quomodo sit manifestum est, simul autē & de scientia demonstratiua. Cum igitur in libro priorum et posteriorum proponat unam intentionem, & eandem in fine secundi posteriorū epiloget, quare unus liber. hoc declarat Auer. ī hoc prologo, duplici ratione quod unus sit liber,

Prima ratio. Auer. Prima ratio sumitur ex illis uerbis Auer. ET HANC OB REM Vtrumque librum inscripserat eodem nomine. Est enim regula uniuersalis in omnibus libris Aris. quod unus lib. semper uno nomine inscribitur, uno (ut aiunt) titulo. inscripsit enim Arist. libros physicorum uno nomine, scilicet de physico auditu, libros ēt de cœlo uno nomine, ac libros de generatione, & omnes ut patet discurrendo. sed Arist. inscripsit utrumque librum & priorum & posteriorum eodem nomine uel titulo. uidelicet resolutorium, ab una ergo inscriptione unus liber erit, maxime quia omnes græci & latini dixere libri inscriptionem sumi à re tractata. Sed aliquis insurget. *obiectio* Auer. dicit, inscripsit utrumque librum eodem nomine, ergo erunt duo libri distincti, dico quod sunt duo libri partiales, uel duo tractatus qui ambo unum uniuersalem constituunt tractatum, sicuti sunt quatuor libri de cœlo partiales *solutio* & tamen unus est liber totalis uno inscriptus nomine. eodem pacto hic sunt duo libri uel tractatus partiales, qui constituunt unum librum totum

qui uno inscribitur nomine. & hoc etiam modo uocat Auer. tractatus in hoc prologo, illis uerbis quando quærit, unde est quod Aristoteles non fecit duos tractatus de diffinitione, sicuti de demōstratione, sed clarius Auerroes secundo post. in com. .100. habet hæc uerba.

Verba Auer. .2. post. 100. Consideratio de syllogismo est pars cōsiderationis de demonstratione & ambo constituūt unam considerationē.} Ecce clare una consideratio totalis ex libro priorum & post. ergo unus liber & subdit { Et iam expleta est intentio quam proposuerat ī initio horum librorum scilicet in primo priorū. {Et ideo appellauit ambos uno nomine } Quare clare patet quod unus est liber priorum & posteriorum.

Secunda rō Auer. Secunda ratio Auerrois, quod unus sit liber sumitur, ratione unitatis rei tractatæ si enim res tractata & subiectum est unum, ergo unus liber, nam dicit Aristo. in primo posteriorum comm. 179. scientia est unius generis subiecti principia & passionēs considerans, sed in libro priorum & posteriorum considerat prædicata per se unius rei scilicet demonstrationis. ergo ab uno subiecto unus erit liber. hæc ratio formatur ex illis uerbis Auer. quādo dicit { Dicimus itaque libri intentionē eē scrutari demonstratiōes et definitiones} usque ad illa uerba {Et hāc ob cām utrumque inscripserat eodē nomine} in illis uerbis colligitur hæc ratio Auer. pro intellectu rationis Auer. est sciendum, quod prædicata componentia demonstrationem sunt duplicia. unum est prædicatum, quod gerit uicē formæ et est rōcinatio, quā syllogismū appellamus, aliud est prædicatū, quod gerit uicē māæ, et sūt præmissæ demōstratiuæ. istud ēt declarauit Auer. secūdo post. com. 100. ubi inquit cum notificauit in libro priorum de forma demonstrationis, scilicet de syllogismo. iam expleta est in libro post. reliqua pars considerationis. de materia demonstrationis, quæ sunt præmissæ ipsæ. patet ergo quod demōstratio habet unum principiū formale uel prædicatū, & est syllogismus, qui habet rōem formæ. est aliud prædicatum materiale, & sunt præmissæ demonstratiuæ, quæ habent rationem materiæ.

Quæsitum. Sed antequā ueniam ad rationē. oportet uidere quare est quod Auer. dicit syllogismū habere uicem formæ in demonstratione & præmissas habere rationem materiæ, ad hoc dixerūt aliqui.

Solutio aliquorum. quod cum syllogismus sit superior & uniuersalior demonstratione ut dixit Arist. primo priorum cap. 5. & quia forma est fundamentum uniuersalitatis & est innata prædicari de pluribus & inueniri in pluribus primo cœli com. 92. ita syllogismus cum sit uniuersalis superior ad omnes species syllogismorum, & est innatus inueniri in omnibus habet rationem formæ. præmissæ uero uocātur materiæ, nam sicuti forma uniuersalis fit hæc per materiam, contrahitur in particularitate per materiam, ut humanitas quæ est forma communis, contrahitur in sorte per materiā sortis. sic forma uniuersalis, quæ est syllogismus communis ad omnes syllogismorum species determinabilis est per præmissas suas tanquā per materias. & ideo uocātur præmissæ materiæ, per præmissas. n. demōstratiuas contrahitur syllogismus ad demōstrationē. per præmissas topicas ad syllogismū topicum contrahitur, et iō syllogismus dicitur forma. præmissæ dicūtur materiæ.

Impugnatio iuniorum. Sed aliqui iuniores quorū studium est in contradicendo, dixerūt quod hæc responsio ē falsa. nā Auer. 5. meta. cap. de uno et ēt porfirius in capite de genere uocauit genus māam ex eo, quia est determinabile per differētias, ergo mā dicūt isti ē indeterminata, et forma ē determinata, et cā terminationis. sed ego corroboro dictum istorum. nā Auer. ī. 3. physi. cō. 65. 66. et. 67. dicit materia ē cā indeterminationis, et infinitatis, forma ē cā terminatiōis, et finitatis unde dicebat. 3. physi. .17. et. 4. cœli. 40. formā terminat mām & dimē-

sionum, & .9. meta. .20. actus est qui distinguit & determinat & primo meta. .17. in fundamento naturæ nihil est distinctum, si ergo materia est indeterminata de se, & infinita & causa indeterminationis. forma uero est causa terminationis & distinctionis. ergo syllogismus non potest habere rationem formæ, quia est indeterminatus uniuersalis. nec præmissæ possunt habere rationem materiæ, quia determinant syllogismum, quia istæ sunt rationes oppositæ materiæ & formæ, Ideo isti dixere. quod est una

Positio iunio.

propositio Auer. .7. meta. .14. & .17. quæ est, partes definitionis genus & differentia contrario modo se habere, & quasi analogice in definitione accidentis, & in definitione substantiæ. nā ī definitiõe sub͂tiæ illæ partes sūt secūdū se et simpliter partes definitionis, sed partes definitionis in accidentibus sunt secundum quid, dicūt isti causam esse assignatam ibi met ab Auer. nam sicuti res se habet ad esse, sic se habet ad cognosci, & ad definiri, sed quia esse simpliciter, est substantiæ, accidentis uero est, esse secundū qd 7. meta. secundo ita partes in definitione, substātiæ, erunt simpliciter & per se. partes uero in definitione accidentium erunt secundum quid, et ideo habent imperfectam definitionem .7. meta. 15. & .17. Secundo dicunt, quod est alia differentia. nam in definitione substantiæ. genus est ueluti materia. & differentia ueluti forma. 7. meta. .43. sed in definitione accidentium est contrario modo. nam genus est ueluti forma, differentia est ueluti materia, & causam dicūt nam substantia est ens per se, & ut est ens per se, & habet prædicata per se & per suas causas eiusdem generis, per materiam & formam, accidentia quia sunt entia per aliud scilicet per substantiam, quæ dicitur subiectum. ergo habēt definitionem per prædicata alterius generis, ergo per materiam & formam, alterius generis, ex his soluunt isti dubitationem. syllogismus est forma demonstrationi: quæ demōstratio est accidens ī quo accidenti genus est forma, differentia est materia. 7. meta. 17. econtrario in substantijs ī quarū definitione differentia est à forma genus à materia, cum ergo demonstratio sit accidens habet pro forma sua genus, & quia genus demōstrationis est syllogismus. ideo dicitur syllogismus forma demonstratianis. Sed qa nostris tēporibus tanta surrexit istorū authoritas sed nimiū patiēter ne dicā stulte quod multi eorū authoritate adducti tantū, ēt inopinabilia credūt, iō operepretiū facturus mihi uideor, si ostendero istorū errorē, qui ut cōtradicerent, ausi sunt etiā Auer. contradicere non in expositione textus, nam hoc quandoq; permictendū esset pro mala tex. serie. sed etiam quod est impossibile ī digressionibus q omniū fere consensu & græcos et latinos et oēs superauit, sed ad nostrum, reuertentes.

Cōtrā opiniōnem iuniorū.

Cōtra positio. iuniorum.

Prima ratio

Positio istorū ē falsa, et primo quod iō. syllogismus ē forma demōstrationis. qa demōstratio ē accidens in quo accidēte semper genus ē forma. differētia est uti mā. si hæc positio esset uera, hoc esset, qa demōstratio est accidēs, et hoc isti concedūt, sed tractare de demōstratione ut ē accidēs non pertinet ad logicū nec ad posterioristā, nā accidens et substantia sunt differentiæ entis ualde oppositæ .2. physi. 4. quæ cōsiderātur à meta. et patet. 7. metaphysi. 5. ergo hæc ratio potius esset redēda de demonstratione à meta. q̄; à posterioristā. nam ipsi fatentur authoritate Auer. quod in substantijs genus est à materia, secundum differentia à forma, in accidentibus contrario modo, ecce clare patet, quod loquuntur de accidente & substantia ut sunt de consideratione meta. quia hoc modo auctoritates, quas isti adducunt sonant, quare si ideo syllogismus esset forma demonstrationis, quia demonstratio est accidens, ergo esset de consideratione meta. numquam enim reperitur

dictum ab Auer. uel Aristo. quod demonstratio uocetur uel nominetur accidēs semper dixit Ari. & Auer. demonstrationem esse instrumentū faciens scire per causam, accidens autem est differentia entis.

Secunda rō.

Secundo & fortius quod ducit ad cognoscenda propria & essentialia accidentia rei non est accidens. aliter enim idem duceret in cognitionem sui ipsius. sed demonstratio est instrumentum ducens ad cognitionem accidentium propriorum rei & essentialium. ergo non est accidens. Nam accidens tantum est differentia rei. quare ista positio nullo pacto uidetur consona uerbis Aristo. & Auer. præterea arguo contra istos.

Tertia ratio

Si subiectum in accidentibus & materia habet locum differentiæ, & forma locum generis. quæro, illud subiectum est diuersum à natura & specie accidentis, ita uel ne, concedunt isti quòd sic, ut est rei ueritas. nam subiectum est in alio genere, quam accidens. tūc sic, si subiectum est in alio genere. Quo modo potest esse eius propria differentia, cum differentia sit in eodem genere, in quo id, cuius est propria differentia. immo in eadem specie, uerbum est Auer. .7. meta. .18. ubi habet omnia, quæ constituuntur per eandem differentiam, sunt eiusdem speciei, ergo si subiectum est in alio genere, quam id, quod definitur, quo modo poterit esse eius differentia. & pro hoc confirmando adduco autoritatem Auer. .7. meta. 13. ubi habet [QVONIAM subiecta accidētium sunt alia à naturis eorum, ideo non sunt genera illorum] Ergo si, per hoc subiecta non sunt genera accidentium quia sunt alia à natura eorū, à fortiori non possunt esse differentiæ, quia differentia est magis intrinseca rei, quam genus. cū genus sit communius differentia propria. si per esse diuersum à natura accidentium, subiectum non potest esse genus, à fortiori remouetur esse differentiam, si quidem à quocūq; negatur commune & uniuersale, negatur proprium,

Quarta ratio.

Vltra isti non uiderunt Aristo. in meta. ubi in .12. à tex. 19. quærit, an principia decem predicamentorum sint eadem, tandem probat quod in omni prædicamento dantur propria principia, proprius actus, & propria potentia, quamuis remota principia possint esse eadem, ut patet ab Auer. .12. meta. .22. & Auerroes in comm. 19. in fine habet, Omne illud cuius elementū idest principium intrinsecum est substantia, & illud est substantia. si ergo subiectum accidentium esset forma, ergo accidentia essent substantiæ per istā rationem Auer. si quidem accidentium subiectū est substantia, Contradicit etiam Auerr. ista positio.

Quinta rō.

Nam Auer. in. 4. meta. secundo habet accidentia attribuuntur substantiæ, non quia est agens, aut finis eorum, sed quia constituuntur per illum, & est subiectum eorum. ecce quod subiectum ī accidentibus non est ut forma, sed ut materia. modo si est, ut materia nō potest esse, ut forma, quia materia et forma nunquam possunt coincidere hoc declarauit Arist. in. 7. meta. 14. ubi dicit accidentia habere definitionem et quiditatē secundum quid, sicuti sunt entia, et propria eorū quiditas est in eodem genere, non in diuerso genere. ut Aristo. ibi declarauit et Auer. in eodem 7. cō. 18. nec unquam reperitur in doctrina Auer. quod isti dicunt, in accidentibus differentiam sumi à materia idest à substantia, et genus à forma Nam Auerroes & Aristo. 7. meta. 14. & .12. meta. 19. usque ad. 29. contrarium dicunt & maxime in comm. 22. & .19. sed bene Auerroes in .7. metaphisices .17. dicit in definitionibus accidentium propriorum sumi subiectum, & ratio est, quia definitio illorum non potest significare ipsa, quin significet subiectum. ergo subiectum se habet, ut forma, & differentia, nego: Nam propter hoc. accidentia dicuntur habere definitiones per additamenta,

ut declarat in com.4.17.& 18. quia in eorum definitione cadit alia natura diuersa, & hoc modo Auer. etiam in eodem .7. com.40. dicebat quod anima cum sit ens, in alio existens, habet imperfectã definitionem, sic etiam ibi Auer. accidẽtia, propria definiũtur per subiectũ, q̃a existũt in ipso, ergo subiectum habet rationem differentiæ. Hæc consequentia non traheretur à bouum pari ut ita dicam, nec est adpropositum alia autoritas istorum, quam adducunt .7. meta. .15. & .33. quod partes definitionis se habent alio modo in accidentibus, quam in substantia. ergo materia & subiectum habet locum differentiæ, negatur, sed uide Auer. in .7. meta.14. ubi declarat hoc, dicẽs. quod partes substantiæ dicũt et ingrediũtur definitionem substãtiæ simpliciter, partes in definitione accidentium ingrediuntur secundũ quid. quia sunt naturæ diuersæ. hoc etiam confirmauit Auer. in epit. meta. in tractatu secundo folio.34. quod in definitione, quorundam prædicamentorum .s. qualitatis, quantitatis, quando, et relationis, non apparet manifeste in eorum definitionibus substantia q̃uis nõ possint esse sine substantia, ergo ex his uerbis, patet quod habent ipsa accidentia proprium actum, & propriam potentiam, sed quia hoc esset opus potius metaphy. quam logicum. Ideo nolo amplius insistere contra hoc, oporteret quidem multas implere paginas, si omnes autoritates, et rationes contra istos in medium afferre uellem. tantum has uolui afferre rationes & autoritates, ut omnibus clarum sit, quomodo ipsi, contradicendi studio in maximũ errorem lapsi sunt, Ideo missa ipsorum opinione ponam quam reputo ueriorem, quam defendere enitar. dico quod, ideo syllogismus dicitur forma demonstrationis, quia est uniuersale quoddam, et quia à forma est uniuersalitas, primo cœli .92. ideo syllogismus dicitur forma. Secundo dico, quod syllogismus dicitur forma demonstrationis,

Defensio primæ opinionis.

sed per accidens, & secundario aliarum specierum syllogismorum. quoniam est unum commune quoddam, in quo fere omnes conueniunt saltim analogice, & quia primo meta .40. dicit Auer. quod uniuersalia non numerantur, idest uniuersalia sunt causa unitatis, & non multitudinis, ut etiam porfirius dicit participatione speciei, omnes homines sunt unus homo, sic quia participatione syllogismi in modo & figura, omnes species syllogismorum sunt syllogismus, saltim analogice. ideo syllogismus dicitur forma. quia in eo omnes conueniunt syllogismi. sicuti in forma omnes conueniunt. nam forma est causa conuenientiæ & similitudinis .3. physi.68. & primo de anima .90. & secundo de anima .7. ergo si per syllogismũ in communi & per eius figuram & ordinem omnes syllogismorum species sunt unum saltim analogice, ergo syllogismus ob hanc rationem dicitur forma, ualet enim, topicus syllogismus ẽ syllogismus. deceptorius est syllogismus & ideo Phylopo. & Auer. uolẽtes exponere illã partem oportet demonstrationẽ eẽ ex ueris. dicunt syllogismum uerum posse esse ex falsis. dum modo non peccet in modo & figura, similiter Poeticus & rhetoricus similiter & demonstratiuus, quãuis unus perfectior reliquo. nam perfectum & imperfectum non uariant communitatem analogiæ, ut declarat Auer. 7. meta.15. patet ergo, quare dicitur forma, sed quare præmissæ dicuntur materiæ dico quod præmissæ sunt materiæ demõstrationis. nam sententia est Auerr. .3. physicorum, 60. quòd materia ẽ causa infinitatis & multitudinis, & ea, quæ sunt multa, sunt ratione materiæ ut Auer. declarat .7. meta.28. ubi habet generãs generat aliud propter materiam. ergo alietas & diuersitas est ratione materiæ, & idem Auer. declarat .12. meta.49. & primo meta .40. conclusionem omnium istorum posuit Auer. ĩ lib. destru. destru. in prima disputatione in solutione

.7 dubij ubi habet causa enim pluralitatis uel numeralitatis est materia apud philosophos, & cã conuenientiæ in multitudine numerali est forma. Ecce causa unitatis est forma, plurilitatis materia, & ideo in illis quæ carent materia, non inuenitur, multitudo indiuiduorũ ut p3.3. de anima.5. sed omnes species syllogismorum conueniunt in forma & figura, ergo propter hoc dicitur syllogismus forma, sed quia sunt diuersi et multi syllogismi ratione diuersarum et multarum præmissarum, ideo præmissæ dicuntur materiæ, quia ratione præmissarum sequitur multiplicatio syllogismorum, non ratione formæ, & hoc modo dicit Auer. primo postrio.95. & in epit. de demonstratione quod sunt tres species demonstrationis, quia sunt tres species præmissarum, quæ inter se differunt. eodem pacto hic, præmissæ dicuntur materiæ demonstrationis, q̃a ratione præmissarũ demonstratio est species syllogismi multiplicata, & alia ab alijs speciebus, & hæc uidetur uera mens Aristo. & Auer. ut patet ex locis adductis. Sed hic insurgit dubitatio, & nõ parua, si causa quare demonstratio est diuersa et distincta à syllogismo topico. est præmissa eius. quæ est materia. ergo causa, distinctionis & diuersitatis est materia. contra Aristo. 9. meta. 20. actus est, qui distinguit & seperat. & contra Auer. primo de anima. 53. membra cerui nõ differunt à membris leonis, nisi quia anima differt ab anima, ergo causa distinctionis est forma, potius ergo hæ species syllogismorum differrẽt et essent diuersæ ratione formæ, q̃ ratione materiæ, sed respondeo q̃ q̃uis hic locus sit discutiẽdus in secũdo de anima, tamen ut deseruit nostro proposito. dico quod causa multiplicationis & diuersitatis aliquorum est materia, causa unitatis est forma, sed principium distinctionis & determinationis est forma in materia, et sic non forma absolute, ut forma, quia sic est causa unitatis, sed est forma in materia. nam si non esset in materia, nõ esset causa distinctionis unius ab alio, et sic quam uis forma demonstrationis idest syllogismus ut syllogismus sit illa per quam omnes species syllogismorum sunt una species, tamen hæc forma ut in hac materia .s. demonstratiua constituet demonstrationem. ut in materia probabili constituet syllogismum topicum, & sic de alijs, hoc mihi uidetur esse de mente Auer. & Arist. et magis eorum dictis consonum, si autem alijs uerior iuniorum positio uidebitur. illam teneant, mihi autem satis erit, quod Auer. sentit declarasse, & noui aliquid actulisse, hæc sint dicta pro expositione illius uerbi. Quod demonstrationes cõponũtur ex duplicibus rebus, quarũ altaræ sunt præmissæ, quæ gerunt uicem materiæ, & altera est ratiocinatio, quam syllogismũ dicimus, quæ gerit uicem formæ. Sed ad nostrũ, reuertentes unde digressi sumus, formabamus secundam rationem probando, quòd subiectum totale in lib. priorũ & post. est demonstratio. cum unus sit liber ut probauimus, qui habet considerare duo principia uniusmet rei, formam nanq; in lib. priorum, materiam in lib. post. ex his arguitur tali pacto, illud est subiectum in aliquo libro, cuius principia quæruntur, sed in his duobus libris partialibus quæruntur principia unius met rei, scilicet demonstrationis, nam principium formale in libro priorum, principium materiale ĩ lib. post. ergo demõstratio erit subiectũ in utroq; totale, & adæquatũ. et hæc ratio uidetur demõstrare, & ideo Aristo. de demonstratione intentionem proposuit in primo priorum, & in fine secundi de eadẽ tractasse epilogat, ergo una res tractata totalis ĩ utroq; lib. Tertia rõ, partes demõstrationis sunt subta partialia in his duobus particularibus libris. ergo tota demõstratio ĩ toto libro, antecedẽs ẽ notũ, nã syllogismus, qui est pars formalis in demonstratione, tractatur in lib.

Dubitatio contra positionẽ.

Solutio.

Tertia ratio

priorum

priorum primo & per se, præmissæ demonstratiuæ, quæ sunt partes materiales in lib. post. tractantur, ergo tota demonstratio in hoc toto libro erit res tractata & considerata, & per consequens subiectum totale, patet ergo prima conclusio, quomodo sit intelligenda de mente Auer. et quæ sint eius rationes, quæ illam probant.

Secūda cōclu. Secnnda conclusio erat subiectum in libro post. primo esse præmissas demonstratiuas, quæ se habent, ut materia in demonstratione. & quod hoc sit uerum, Auer. noster ponit hanc conclusionē in hoc prologo, quando dicit ‡ Demonstrationes quidem tractat, quo ad res, quæ procedunt uice materiæ ipsarum, quæ ut summatim dicam sunt præmissæ ueræ ‡ In hac parte Auer. noster ponit subiectum materiale; uel rem cōsideratam in libro post. ponit & subiectum formale idest rationem considerandi in illis uerbis infra quando dicit.

Tex. Auer. ‡ Tractat enim ille has præmissas secundum numerum suarum specierum & attributorum, quibus ostensis de illis, possent ducere hominem ad ueritatem, & non considerat eas, pro ut sunt una pars entiū. Sed scrutatur ī quantum conducunt hominem ad perfectam assertionem, perfectamq; conceptionem ‡ In his uerbis Auer. ponit subiectum formale, uel modum considerandi demonstrationem, sed prius declaremus uerba Auer. quantum ad subiectum materiale, dicit Auer. quod res tractata ī hoc primo lib. sunt præmissæ demonstratiuæ, & hoc probo tali ratione.

Prima ratio. Illud est subiectum, de quo inuestigantur partes passiones & proprietates primo post. .179. sed de præmissis demonstratiuis Aristo. inuestigat proprietates & conditiones, & non de tota demonstratione. ergo præmissæ demonstratiuæ, tantum sunt subiectum, & res considerata in primo lib. post. maior est Aristo. minor patet, non enim Aristo. inuestigat partem formalem demonstrationis scilicet syllogismum, quia hoc in libro priorum, & per totum processum primi post. nō apparet nisi inuestigatio cōditionum præmissarum demonstrationis, & non totius demonstrationis, quia non quo ad partem formalem, & hoc est illud quod dicit Auer. in his uerbis quando dicit ‡ Demonstrationes quidem tractat, quo ad res, quæ procedunt uice materiæ ipsarum ‡ Ecce non quo ad rem, quæ procedit uice formæ, quia de illa in lib. priorum, ergo tantum præmissæ demōstratiuæ sunt res tractatæ. quia de illis solum inuestigat proprietates et attributa, & hoc declarat Auer. in illis uerbis quando dicit ‡ Tractat enim ille has præmissas scilicet demonstratiuas secundum numerum suarum specierum & attributorum idest proprietatum, quæ dicuntur attributa, quia tantum illi conueniunt, ecce clare intentio Aris. est tractare attributa & proprietes. præmissarum demōstrationis. quibus positis, ponantur præmissæ demonstratiuæ, & illis remotis remoueātur, quod non sunt præmissæ demonstratiuæ, ex omnibus his formatur ratio dicta, illud est subiectum uel res tractata, de qua proprietates inuestigantur. sed præmissarum tantum proprietates inuestigantur, ut dictum est, ergo præmissæ solum sunt subiectum in hoc libro. Prima ratio. Sed quia Auer. in his uerbis dicit unum, quod Arist. tractat demōstrationes, quo ad res, quæ procedunt uice materiæ ‡ Quæ ut summatim dicam sunt præmissæ ueræ ‡ Videtur ex his uerbis, quod proprietas, quam Aristo. inuestigat de præmissis, est illas esse ueras, ex isto dicto emergit occasio dubitandi, nam non solum Aristo. inuestigat præmissas esse ueras, sed inuestigat etiam præmissas debere esse de omni, per se, primas causas uniuersales & necessarias. Immo primo et per se & principaliter Arist. in hoc lib. uult inuestigare, præmissas esse necessarias, quæ necessitas est conditio, quæ gerit uicem conceptionis. dicit Dubitatio

Auer.

Auer. primo post. 29. i. est nobilissima, & inter alias princeps, q̄uis in .4. quæsito de conditionibus præmissarum demonstrationis, dicat esse primitatem principem conditionem, sed de hoc in cō. 29. primo numine secundo, cum ergo inuestiget Arist. multas præmissarum conditiones & nobiliores, quam illas esse ueras, unde ē quod Auer. dicit, tantum de hac conditione .s. de ueritate, ad hāc dubitandi occasionem potest esse duplex responsio, sed pro solutione prima intelligenda, est sciendum, quod uerum apud doctrinam Auer. in 4. meta. 27. est illud, quod est extra animā, secundum quod concipitur in anima, falsum autem econuerso, hoc idem Auer. declarat .9. meta. 17. inquit enim. quod anima non habet proprium de scientia aliquid, quod non est extra animam, ergo uerum tunc aliquod dicitur. cum aliquod concipitur ab anima conforme rei extra animam, hanc conclusionem posuit Auer. secundo post. com. 33. ex his omnibus patet. cum uera sint illa, quæ insectantur ens extra animā, cum entia extra animam naturalia sint in actu, ergo sunt per se & necessaria, et propria, quoniam natura abhorret ea, quæ sunt per accidens, cum semper intendat id, quod melius est secūdo cœli. 34. quare si entia sunt uera, ergo necessaria & per se & propria, ex his declaratur dictum Auer. uult declarare præmissarum conditiones, quæ ut summatim dicam, sunt præmissas esse ueras, dicit hanc conditionem tantum quia intelligendo præmissas esse ueras, possumus intelligere omnes alias conditiones. mam si sunt ueræ, sunt naturales, sunt per se & necessariæ, nā falsum nō potest eē necessarium, uerum autem est impossibile, quin sit necessarium, omni ex parte, & ideo Auer. dicit, quæ, ut summatim dicam, sunt præmissæ ueræ, ac si diceret omnes simul complectendo. dicendo esse ueras, et quod hoc sit consonans dictis Arist. uide in primo post. cap. 5. ubi dans differentiam inter propositionem dialecticam, & demonstratiuam. dat per ueritatem, dicēs dialetica quidem, quæ similiter est accipiens utranq;. demonstratiua, quæ alteram tantum quoniam uera est, & tamen propositio demonstratiua habet alias conditiones, quæ sunt enumeratæ ab Arist. uerum dicit de ueritate quoniam illa includit omnes alias, ut uidistis & est principium aliarum, proprietatum & conditionū, si quidem omnes ab illa originem trahunt, sed quia aliquis hic posset insistere, unde est quod Auer. non dicit Arist. uelle declarare præmissas esse necessarias, sicut dicit eē ueras, cū necessitas sit conditio omnium nobilissima, & ipsa posita, omnes aliæ ponantur, sed nō ecōtra, ut Arist. uidetur declarare in primo post. cap. 11. ideo ad hoc respondendo, do etiam secundam solutionem ad principale quæsitum, pro intellectu cuius solutionis, est sciendum, quod Aris. intendit in hoc lib. inuestigare conditiones præmissarum communes ad treis species demonstrationis, q̄uis primo & præcipue de præmissis demonstrationis simpliciter, sed uniuersaliter de conditionibus omnium præmissarum intendit loqui, & hoc iam notum est quoniam, à primo cap. usq; ad. 30. de demonstrationis absolutæ conditionibus loquitur, in cap. 30. loquitur de cōditionibus præmissarum demonstrationis quia, & propter quid, his sic stantibus, dico quod Auer. potius nominauit ueritatem præmissarū, q̄ necessitatē, si quidem ueritas est conditio omnibus demōstrationū præmissis competens, dicebat Auer. hoc com. 8. uolens declarare uerbū unum quod in suo textu erat .s. quod demostratio est syllogismus uerax, dicit in co. & hæc est differentia, qua discernitur syllogismus demonstratiuus. quæ uis trium specierum demonstrationis fuerit à syllogismo dialetico, ubi per hæc uerba habemus, quod esse præmissas ueras omnibus conpetit demonstrationum præmissis, aliæ uero nō omnibus

quia

Dubitatio

Vide prima disput. destruct. destruct. in solu. 22.

Ex his patet cōtra latinos hāc propisitionem non esse uerā. sortes ē bō, sorte non existente. uide idē ī post prædica. cap. de priori.

Obiectio

Solutio

quia esse præmissas causas, propter quas res ē, eē notas nobis et nāæ et i mediatas et necessarias tātū cōpetūt hæ cōditiones demōstrationi absolute et simpliciter, ideo Auer. noster ut uniuersaliorem conditionem omnibus competentem complecteretur, dicit illas esse ueras. et non alias cōditiones, & hæc secunda responsio uidetur magis ad aures Auer. sed ad huc circa hoc dictum

Dubitatio Auer. aliquis quæreret. nonnè Arist. in isto lib. inuestigat conditiones conclusionum demonstrationis quare Auer. protulit suam intentionem, dicendo esse de præmissis tantum, cum Arist. inuestiget etiam conditiones conclusionum, ut patet primo post. cap. 15. et. 17. ubi habet, quod id, quod scitur, idest conclusio debet ex necessitate esse,

Solutio ad hoc respondet Auer. primo post. 53. & 54. quod Arist. tractando conditiones præmissarum, tractat etiam conditiones conclusionum. sic dico quod Auer. hic dicendo de cōditionibus præmissarum eē intentionem. non dicit non esse de conditionibus conclusionū. si quidē ex conditionibus præmissarū inferūtur et fiunt notæ conditiones conclusionum à priori & propter quid, patet ergo intelligentia textus Auer. circa subiectum materiale istius libri, potest ultra addi pro hac opinione

Secundarō. Secunda ratio, quæ sumitur ex auctoritate Auer. secūdo post. primo, ubi connectens secundum librum cum primo habet cum considerauit in primo demonstrationem quid sit idest definitionem & quot sint earum species & ex q̄bus singulæ earum species constent & quarum dispositionum & conditionum sint, ergo demōstratio erit subiectum & res considerata, de qua Arist. inuestigat proprietates & attributa, uerum non quo ad partem formalem quia de illa in libro priorum, sed tantum quo ad partem materialem, & ideo Arist. in. 5. cap. inuestigat tantū conditiones præmissarum demonstrationis scilicet quod debent esse ueræ, primæ, immediatæ, et nunq̄; loquitur de figura & forma syllogismi, nisi in cap. 31. ubi pertransēūdo declarat quæ est figura demonstrationis remictens se ad librū priorum, ubi declarauit perfectam figurā perfectosq; modos, hanc conclusionem. clarissimis uerbis posuit Auerroes primo post. com. 17. in fine ubi habet INTENTIO autem huius libri est dinumerare inditia & conditiones. quæ dum adueniunt primis præmissis. habetur scientia, quod illarum assertio sit per se & sic de alijs conditionibus. ecce q̄; lucide dicit Auer. intentionem esse tractare præmissarum conditiones, & attributa, & non totius demonstrationis sequens Aristo. qui in primo post. non considerat, nec inuestigat nisi conditiones præmissarū demonstrationis non totius demonstrationis patet, ergo sub̄m mãle huius libri.

Subiectum formale. Sed sub qua rōe et sub quo mō considerandi, hæ conditiones inuestigantur ab Aristo. de præmissis oportet uidere ad quod quæsitum respondet Auer. in illis uerbis.

Textus. [AT Vltimæ differentiæ quibus diuiduntur species demonstrationum ex parte suarum materierum sunt differentiæ quæ insunt demonstrationibus, inquantū alias res notificant & conducunt ad illarum assertionem. non differentiæ, quæ eis insunt inq̄tū sunt unum certum geus entium. pro ut alpharabius] In quo textu Auer. ponit suam opinionem de subiecto formali, quod sunt præmissæ inquantum ducūt ad assertionem idest ad scientiam habitam per discursum, affirmando, uel negando, quia hoc inquantum denotat rationem formalem, & modum considerandi rem, uerū quia Auer. ponit uerbum unum, satis difficile in hac positione, ideo primo illud declarandum est, dicit Auer. [AT Vltimæ differentiæ quibus diuidūtur species demonstrationum ex parte materierū] quid intelligit Auer. per differentias sumptas ex parte suarum materierum quibus diuiduntur species demonstrationum, uerum est hic aduertendum

quod alij textus. habēt. ex parte suorū mediorū, aut illud uerbum, materierū, eēt mediorū uterq; textus pōt stare. ut declarabimus, pro intellectu, primo ē sciendū, quod conditiones præmissarum dicuntur ultimæ differētiæ ipsarū. duplici de ratione, prima, quia sicuti ultima differentia. adueniens rei. rem constituit in eē. sic cōditionibus his declarandis infra ab Ari. existentibus, cōstituūt præmissas demōstratiuas, & illis, remotis. remouentur. ab esse præmissarū demonstratiuarū. hoc mō Ari. probat eē prædicatū aliquod necessariū, & essentiale subiecto, primo poste. cap. 11. secunda ratione. dicuntur ultimæ differentiæ. quia per illas conditiones differunt tres species demonstrationis inter se & distinguntur, & etiam ab alijs syllogismorum speciebus, ut declarabimus deo adiuuante, primo post. .95. modo differentia est illa, per quam una res ab alia distinguitur, sic dicit Auer. ultimæ differētiæ, quibus diuiduntur et distinguntur, quia distintio est à differentia rei, species demōnis. ex parte suarū materierū, primo exponēdo textū hunc ex parte suarū materierū, est sciendū ut Auer. declarat primo post. 95. & in epit. de demonstratione. quod differentiæ. spērū demōnis, quædā sumuntur ex parte materiæ. & hoc declarat Auer. locis nuper allegatis, quædā sumūtur ex parte formæ. differentiæ, quæ sumūtur ex parte materierū sunt illæ, quæ sumuntur ex parte præmissarū, siqdem præmissæ habent rōnē materiæ, ut dictū fuit. & ex hac differentia præmissarū & materierū. sumitur triplex spēs demōnis, nā si præmissa ē prior, et notior, nāæ & nobis, necessaria et alias habeat conditiones reqsitas, erit una differētia præmissarū demōnis simpliciter ex quibus erit construēda, talis demonstratio, quādo uero præmissa erit nota naturæ. non nobis. quia est prior quo ad naturam, nam procedit à causa nota naturæ, non nobis: causabitur alia differentia præmissæ, quæ constituet speciem demonstrationis propter quid. si aūt præmissa erit nobis et non naturæ nota, erit alia differentia ex parte materiæ, quæ constituet demonstrationem quia & signi hæ sunt differentiæ ex parte materiæ. quia sunt differentiæ sumptæ ex parte præmissarum, quæ sunt materiæ demonstrationis habentes diuersificāre demonstrationum spēs. sunt aliæ differētiæ sumptæ ex parte formæ, quas recenset Aristo. primo post. cap. 39. ubi dans differentias ex parte formæ dicit, quod alia est demonstratio uniuersalis, alia particularis. alia affirmatiua alia negatiua, & alia est demonstratio ducens ad impossibile, licet de mente Auer. sint de genere signorum primo celi. 95. istæ sunt differentiæ ex parte formæ, quia ex parte modorū & figurarum, quas differentias habet demonstratio à syllogismo, q est eius forma ut declarauimus, ex his patent uerba Auer. quod istæ conditiones, quæ conueniunt speciebus demonstrationum. sunt conditiones ex parte suarum materierum, & has inuestigat Arist. non conditiones, quæ conueniunt demonstrationū speciebus ex parte formæ, quia de illis in libro priorum, quamuis in lib. post. uerba fecerit. hoc non ex intento, sed ad doctrinæ ubertatem, Alio pacto legitur series literæ ex parte suorum mediorum, & quasi est unusmet intellectus, nam dicebat Auer. primo posteriorū .xi. nihil aliud est dicere præmissas eē causas, quam præmissas continere mediū, quod sit causa, ecce præmissa cum contineat medium. illæ differentiæ, quæ sumuntur ex parte præmissæ sumuntur ex parte medij. sed pro clariori intelligentia est sciendum, ut clare Auer. declarat primo posterio. 95. in epit. de demonstratione secundo cœli. 35. & . 5. colliget determinat Auer. clarissismis uerbis cap. 24. quod demonstrationum species uariantur, & sunt diuersæ ratione medij, si enim medium est effectus nobis notus & prior, naturæ uero igno

Differentię ex parte formæ.

tus erit una species demonstrationis quæ dicitur
quia, & hoc à fine, quoniam tantum, quia ẽ ab-
soluit, dicitur quia etiam: ratione medij, quoniã
medium est esse rei, scilicet effectus, si autem
medium erit causa nobis ignota, quia remota à
sensibus. naturæ autem prior et notior. erit una
differentia demonstrationis, quæ dicitur propter
quid. ratione finis, q̃a absoluit quæsitum prop-
ter quid. & ratione medij, quoniam medium est
causã. quæ est propter quid rei, cum uero me-
dium sit causa prior & notior naturæ, quia cã.
notior nobis quia sensata, erit alia species demõ-
strationis diuersa ratione medij, quæ dicitur de-
monstratio simpliciter absoluta, hac ratione. quo
niã omne quæsitum absoluit, & si est & prop-
ter quid est, ad quæ omnia quæsita reducuntur.
dicitur etiã demonstratio simpliciter ratione me
dij, quia medium omni modo est notũ & nobis
& naturæ. istæ sunt differentiæ sumptæ ex
parte mediorum, potest in hoc etiam esse alia re
sponsio non discedendo ab Auer. quod demõstra
tiões uariãtur tribus modis, dicit ipse primo post.
.95. ratione mediorum, nam si medium ẽ causa,
quæ infert necessario causata, et nõ econtra, erit
demonstratio causæ & propter quid tantum, nã
in demonstratione causæ tantum. non oportet, ut
cã & causatum conuertantur, esset enim demõ-
stratio simpliciter, cum ĩ demonstratione causæ
ingrediatur medius terminus cã efficiens uel fi-
nalis, quæ nõ conuertuntur cum causatis 12. met.
.16. & .2. post. 57. quamuis dicat Auer. quod cã
finalis semper est, & conuertitur cum causato,
hoc ẽ ut finis sumit rationem formæ, uel quãdo
propria forma est ignota, utimur fine pro ipsa,
ut Auer. declarauit primo poste. 35. & ideo in
demõstratiõe propter q̃d nõ semper procedimus
ex cõuertibilibus & ex parte causæ et ex parte
causati, sed hoc est in demonstratione absoluta; ĩ
demonstratiõe uero propter quid. causæ inferũt
necessario causata. & non econtra dicit Auer.
cõm. 95. primi sed in hoc nolo silentio pertransi-
re unam contradictionem meo iuditio maximam,
quomodo demonstratio. propter quid procedit à
causa, quæ infert necessario causata et non ecõ-
tra, cum Auer. dicit contrarium. 2. post. 59. di-
cẽs hæc uerba ¶ PRIVS enim & posterius sic
sunt. s. q̃ quando ponitur posterius, quod ẽ cau-
satum esse oportet quod sit prius, quod est ipsa
causa, & non conuertitur. s. q̃ quando ponitur
causa esse, non sequitur esse causatum. ecce pro
cessus à cã ad causatum est demõstratio prop-
ter quid, & tamen non ualet à cã ad inferendum
necessario causatum. quia causa potest esse &
cãtum nõ hocmet dixit Auer. 2. post. 67. dicens
ex causis efficientibus non infertur necessario
causatum esse, modo causæ efficientes subintrãt
demonstrationem propter quid, primo post. 35. et
si aliquando demonstrationem simpliciter, hoc ẽ,
ut est connexa rei. & proxima & hoc raro ac-
cidit. sed causa efficiens ut efficiens non conuer-
titur cum effectu. 12. met. 16. & .2. post. 58. causa
uero formalis conuertitur cum effectu, & po-
sita illa de necessitate ponitur effectus, & hæc
causa tantum est medium in demõstratione sim-
pliciter, ut declarat Auer. 2. post. 56 & .95. &
declarabimus primo post. xi. & .8. cum medium
in demonstratione potissima sit illa causa, prop-
ter quam res est, & simul ẽ cum re, & hæc cã
est illa, quæ accipitur medius terminus in demon-
stratione simpliciter dicit Auer. 2. post. 58. sed cã
propter quam res est, & quæ simul, est cum re
& causato est causa formalis. 2. de anima. 7. &
.8. & .12. meta. 16. quare tantum causa formalis
erit medium. in demonstratiõe potissima, & hæc
cõuertitur cũ suo cãto, & econtra ut Auer. dicit
primo post. 95. sed cã efficiens, quæ ingreditur
demonstrationem propter quid secundo post. 58.
& primo poste. 35. non infert necessario causa-
tum, ut probaui, nec potest quis dicere, quod
loquitur de demonstratione propter quid, quæ
est

Contradictio maxima ĩ dictis Auer.

est per causam formalem, nã demonstratio, quæ
habet medium causam formalem, nõ dicitur prop
ter q̃d, sed simpliciter, quæ procedit per causam
propter quam res est, ut Auer. declarat primo
post. .8. .9. & .10. & .11. com. quare uidentur
hæc inuicem cõtradicere, & ut magis augeam
difficultatem, pono unam rationem, nam certum
est, quòd non possumus procedere à causa ad in-
ferendum propter quid effectus, nisi causa pri-
us fuerit per effectũ notificata nobis, ut declarat
Auerro. 8. physicorum. 53. primo post. 95 & in
cap. de demonstratione, & secundo posteriorũ
66. & etiam primo physicorum com. 2. pulcher-
rime declarat Auerro. ex his arguo, si causa
non potest esse nota nisi ex effectu, ergo effe-
ctus necessario infert causam, probo consequen-
tiam, primo quia signa demonstratiua conuertũ-
tur cũ illis quorum sunt signa, ergo hæc signa si
conuertuntur cum causa necessario inferunt ca-
usam, hoc confirmatur auctoritate Aristo. primo
post. cap. 30. ubi habet q̃ uno modo fit demõstra-
tio, sed non per causam, sed per conuertentium
notius. ecce demonstratio quia, est ab effectu qui
infert necessario causam, & non econtra ut dicit
Auer. secundo post. 55. & .67. & Aristo. in cap.
25. secũdi h3 causa .n. prior est eo cuius causa .i.
non conuertitur cum suo effectu, quare ex his p3
potius causatũ inferre causam necessario quam
econtra, hæ sunt contradictiões, quas uolui breui
ter tetigisse, ut rei difficultas appareat, quæ mihi
semper dubia fuit, illam autem soluendam dere-
linquo in com. 96. primi post. in quo Auerr. hanc
contradictionem habet in suis difficillimis uerbis,
interim uero satis sit mõstrasse locum. Sed unde
discessi reuertor. Differẽtiæ ex parte mediorũ
quibus uariãtur species demõstrationis sunt tres,
uel. n. medium est causa, uel effectus. si effectus,
erit demonstratio quia, ut patet primo physico-
rum secundo uel si rectius loqui uolumus, si me-
dium est propositio significans effectũ, erit una
demonstrationis species, quæ dicitur quia. uel me
diũ erit significans causam, et hoc dupliciter uel
causam formalem quæ est proprie propter quam
res est & conuertitur, cum effectu, & sic est
demonstratio simpliciter, secundo post 56. 95. et
primo post. 11. uel mediũ erit significans causam,
quæ est efficiens uel finis uel materia. quæ non cõ
uertuntur cum causato, & sic erit demonstratio
propter quid, causa enim efficiens & materia nõ
semper sunt cum suis causatis secundo posteri-
orum. 58. & si, ibimet dicat Auerro. quòd fi-
nis & forma est simul cum causato. accipit fi-
nem ut est idem quod forma, si quidem forma
& finis coincidunt. uel accipit finem esse si-
mul cum causato loco ultimæ formæ quando est
ignota, & istæ causæ dicit Auerro. quæ si-
mul recipiuntur cum causato capiuntur medij
termini in demonstrationibus simpliciter. ergo
quando medij termini sunt causæ, quæ non sunt
simul cum causato. efficiunt demonstrationem
propter quid, patet igitur ex dictis quæ sunt dif-
ferentiæ demõstrationum tum ex parte materie
rum. si sic iacet textus. uel ex parte mediorum,
uterq; enim potest stare, & sic clara sunt ea,
quæ Auerro. dicit in his uerbis. ¶ AT Vlti-
mæ differentiæ idest quod in hoc libro tractãtur
tres species demonstrationum ex parte mate-
rierum. sed primo & principaliter de præ-
missis demonstrationis simpliciter, quæ est om-
nium perfectissima. Auerroes declarat primo
posteriorum .9. & .11. sed sub qua ratione
& sub quo modo considerandi: Auer. ponens
modum considerandi dicit ¶ Sunt differentie hæ,
quæ insunt demonstrationibus in quantum alias
res notificant, & conducunt ad illarum assertio
nẽ nõ differentiæ quæ eis insunt inquãtum sunt
unum certũ genus entium pro ut fecit Alpha. ¶
Istud ẽ subiectum formale à latinis dictũ, quod

Auer. supra clariorib9 uerbis significauit quãdo dicit { ET Non considerat ens pro ut sunt una pars entium. sed scrutatur inquantum conducũt hominem ad perfectam assertionem perfectamq; conceptionem } Hæc sunt Auer. uerba in quibus declarat rationem formalem considerandi. præmissas & dicit esse ut ducunt ad perfectam scientiam. & non ut sunt unum certum genus entis ut alpharabius dicebat. Sed pro intellectu horũ uerborum est sciendum, quod entia quæcunq; à scĩetia considerantur, possunt considerari tribus modis, uel enim considerantur ut entia sunt absolute & sic de his consideratio actinet ad metaphysi. ut declarat Aris. 4. meta. 2. nam relique scientie abscindunt partem entis in consideratione idest considerant ens determinatum, uel igitur considerantur entia ut sunt entia primo intellecta quæ dicuntur primo intellecta, quando concipiuntur & cognoscuntur ab intellectu ut sunt, non per aliquod prædicatũ factum ab intellectu, sed intelliguntur ut simplicia sunt ut simplices formæ. Secundo mõ possunt considerari ut secũdo intellecta .i. inquantum illis simplicibus formis conueniunt quædam prædicata, ab intellectu facta & formata, per quæ prædicata dicuntur secundo intellecta. exemplum est, cum enim intellectus concipit uel intelligit aliquod sine materia sed simplicem eius formam quæ dicitur uniuersalis absolute ipsam intelligendo formatur intellectus illo uniuersali & illud uniuersale dicitur primo intellectũ. ut intelligendo tantum simplicem hominis formam, quando uero intellectus, huic forme simpliciter sic intellecte ad inuenit quasdam conditiones per discursum, uidens ipsam esse in pluribus numero differentibus & dicit ipsam eẽ speciem. & hoc modo intelligit ipsam ut prædicatur de pluribus numero. hoc genus entis dicitur secundo intellectũ. quoniam esse eorum fuit per intellectum inuentum, & hoc modo dicebat

Ens tribus modis considerari potest.

Auer. 5. meta. 30. forma secundum ꝙ est genus aut differentia differt à formis secundum quod sunt forme, illas enim esse genus aut differentiã est accidens quod accidit eis. per quæ patet quòd genus aut species est res secundo intellecta que fuit inuenta per intellectus operationem, & ideo dicit Auerro. genus aut differentia differt à formis secundum ꝙ sunt forme idest ut sunt primo intellecte. & hoc modo considerantur à logico dicit Auer. 4. meta. 2. ꝙ ens dicitur de secũdis intelligibilibus & sunt res logice Tertio mõ possunt considerari entia ut instrumenta uel organa ad aliquem finem ordinata exempli. g. serra potest tribus modis cõsiderari. uel ut ens. uel ut ens ferreũ. Tertio modo potest cõsiderari ut ens ordinatum ad arcam construendã uel ad aliquod opus, his sic declaratis, dico quòd demonstrationes & definitiones possunt tribus modis considerari. uel ut sunt entia, uel ut sunt quædã entia quæ sunt entia secundo intellecta. uel inquãtum sunt instrumenta & organa ordinata ad finem, tunc. d. Auer. uolebãt quidam uiri sui cui ꝙ cũ Arist. tractasset de definitione et demõstratione ut sunt instrumenta ordinata ad scire, quia definiuit demõstrationem, ut ordinatur ad scire. similiter & definitionem ut est instrumentum ducens ad scientiam perfectam, & non tractauit de illis ut sunt quædam entia idest entia secundo intellecta, ꝙ Aristo. propter hoc esset mancus. & cum alpha. in tractatu de demonstratione tractasset de illa ut est quodam ens idest ut ens secundo intellectum, ꝙ complete & perfecte de demonstratione tractasset, uerum Auerr. uocat hæc entia secũdo intellecta, unum certum genus entium, ac si denotaret esse entia diminuta et imperfecta, quia sunt entia in mente, modo uere ens est extra animam in actu, & ideo Auer. primo post. 32. & 12. meta. 19. dicit ꝙ rellatiua sunt entia minime entitatis quia consistunt in anima, & sunt

& sunt facta intellectus operatione, sic cũ entia secundo intellecta sint opere intellectus facta, sũt quoddam genus entis diminutum & imperfectũ hoc ergo modo hæc Auer. uerba intelliguntur ꝙ cum Arist. non considerasset de demonstratione & definitione ut sunt secundo intellecta, sicut fecit alpha. quod uidetur mãcus, cum ipse considerret demonstrationem & definitionem ut ducunt ad perfectam assertionem & perfectam conceptionem idest ut sunt instrumenta ducentia ad scire, uerum pro maiori intelligentia est sciendum, ꝙ opinio Alpharabij est opinio latinorum qui uolunt ꝙ omnia quæ considerantur in logica considerentur ut sunt entia rationis secundo intellecta, nam tenent ꝙ logica est scientia speculatiua, quæ considerat hæc entia secundo intellecta, siquidem Arist. exclusit in .6. meta. ens rationis à meta. & cũ debeat considerari à nullo præterq; à logico, cum sit artifex sermotinalis, Alie uero scientie sunt reales ut patet .6. meta. 2. quæ non habent cõsiderare de entibus rationis & secũdo intellectis. sed nolo hic ponere rationes istorum pro ista opinioue. nam excederet meum propositum, tantum Auer. mentem declarare intendo. pro cuius opinionis intellectu. est sciendum, quod in quacunq; scĩa sunt duo. ut supra etiam fuit declaratum, est res considerata, & est modus considerandi illam rem, ut habetur secundo physi, 19. & 18. tunc opinio Auer. est ꝙ res considerate in logica. sunt res secundo intellecte quoniam est scientia (si scientia dici potest non disputo hoc) sermocinalis quæ tantum considerat ea quæ ab intellectu sunt constituta, uerũ omnia ista tractantur, & considerantur non ut sunt talia entia, sed ut sunt instrumenta uel organa ducentia ad scire. & ꝙ hoc sit uerũ probo unica ratione, ille est modus considerandi res in aliqua scientia per quem una scientia differt ab alia, sed definitio cõsideratur à logico & meta. uerum à logico ut

Opĩo Alpha. opĩo latinorũ.

Auer. opĩo.

instrumentum quod inducit intellectum ad intelligere qditates rerũ. à phyloso. ut significat naturas rerũ hæc est propositio Auer. 7. meta. 42. ergo si differt cosideratio de definitione in logica & in meta. quia ĩ logica ut instrumentum, ista erit ratio formalis considerandi, & non ut entia, & quia aduersarij dicerent ꝙ hæc est propositio Auer. & non Arist. quibus sit dictum ut uideant Arist. in tex. 42. ubi dicit { Nunc autem dicamus primum in quantum in analeticis de definitione non dictum est } per quæ uerba patet Arist. uelle loqui de definitione non ut loquutus est in lib. post. ergo sub alia ratione. quam rationẽ dicit Auer. esse inquantũ est instrumentũ uel organum ducens ad scire hanc rationem formalem considerandi declarauit Arist. primo post. 8. quãdo dicit, si ẽ alius sciẽdi modus posterius dicetur & oẽs intelligunt definitionem, & tamen uocat ipsam instrumentum sciendi. sicuti uocauit ẽt demonstrationem, hoc etiam confirmauit Arist. primo de anima. 48. & 11. meta. cap. primo in quibus locis declarat duos esse tantum modos per quos intellectus potest scire. definitionem & demonstrationem, & semper ordinat illas ad scientiam ergo ut sunt instrumenta ad scire Aristo. ipsas, considerat, declaratas in lib. post. nunq; .n. Arist. dat definitionem utriusq; nisi per modum uel instrumentum sciendi, immo oĩa quæcunq; considerantur in logica semper considerantur ut instrumenta ordinata ad aliud. s. ad scire. si. n. ut ab uniuersalibus incipiã, uidebimus definitionẽ generis eẽ datã ut est organum ducens ad scientiam rei. est enim genus quod prædicatur in quid de specie differentibus per quam definitionem cognoscemus genus esse inquid prædicatum eõe, similiter & de differentia & de specie & alijs similiter si uidebimus quid propositio, nõ nisi ut organum & instrumentũ ducens ad scire ipsam cognognoscemus, est enim propositio in qua aliqd de

de aliquo uel aliquid ab aliquo, facit enim scire prædicatum affirmari uel negari de subiecto enuntiatio simili rōne definitur. ut significat uerum uel falsum. & ordinatur ad aliud, syllogismus primo priorum definitur, ut est instrumentum notificans naturaliter ignotum .s. conclusionem, demonstratio ut facit scire rem naturaliter ignotam per causam. ē enim syllogismus demonstratiuus faciens scire per causam, eodem pacto definitio, & reliqua instrumenta, quæ à logico considerantur .s. inductio & alia, semper considerantur, ut notificant aliqua, quæ non sunt omnino nota, & oīa ordinantur ad aliud, ergo quæ in logica tractātur, ut sunt instrumenta & modi sciendi tractantur. & non ut quædam entia.i. ut sunt secundo intellecta, hanc cōclusionem posuit Arist. in 2. meta. 15. dicens absurdum est quærere simul scientiam, & modū sciendi et per sciendi modum omnes intelligunt, uti rei ueritas est, logicam, sicut Auer. exponit ī cōm. & ex uerbis Arist. potest accipi in textu quando dicit, ꝙ oportet prius erudiri quomodo singula sunt recipienda. quæ eruditio à logico traditur. ut patet. 4. meta. 5. et primo topi. primo ponens hanc eruditionem Aristo. pro intentione ī uniuersa logica, dicebat propositum quidem negotij est methodum inuenire per quam poterimus syllogizare de omni proposito problemate ex probabilibus, & Alex. in expositione illius textus & secundo topi. uocat logicam organum & scientiam adminiculatiuam. quoniam tradit instrumenta & organa sciendi omnibus scientijs, hanc conclusionem posuit Auer. etiam. 7. meta. 2. dicens, ꝙ dialetica usitatur duobus modis, uno modo secundum ꝙ est instrumentum, & sic usitatur in alijs scientijs, alio modo ut accipiuntur ea, quæ declarata sunt ī illa ī alijs scientijs. ac si diceret Auer. ꝙ his, quæ declarata sunt in logica, utimur duobus modis. uno modo ut sunt instrumenta & organa, & sic omnia considerantur in logica, altero modo. ut his utimur in diuersis scientijs. secundum diuersas materias, nam syllogismo declarato ī logica utimur ī phylosophia naturali in met. & etiam in alijs sciētijs, secundum diuersitatem rerum consideratarū, primo modo dicit Auer. primo physico. 35. est consideratio propria. & modus proprius considerandi omnia in logica, ut sunt instrumenta & organa ad distinguendum uerum à falso. secūdo modo consideratio est non propria, quia sic in omnibus scientijs consideratur, ut applicantur diuersis rebus, & materiebus. Sed uide hanc determinationem pulcherrime ab Auer. 2. tractatu summæ meta. in primo, folio. 32. inquit Auer. res, quæ declarantur ī arte logicali, exercentur dupliciter, uel ex eo. quod sunt. instrumenta methodi & regulæ dirigentes intellectū & custodiētes ipsum ab errore, & hoc est proprium officium illorum, uel ex eo, quod accipiūtur illæ res, quæ ibi fuerūt declaratæ tanq̄ pars artis demonstratiuæ ut utuntur illis in alia arte, tanq̄ præsuppositum. hæc sunt uerba Auer. per quæ habetur clara sententia, ꝙ proprium officium eorum, quæ in logica declarantur, est dirigere nos ad ueritatem inuestigandā, quare omnia tractantur sub hac ratione formali, ut sunt organa uel instrumenta dirigentia nos ad scire, & non, ut entia sunt secundo intellecta, quamuis res consideratæ sint secundo intellectæ, hoc idem Auer. confirmauit in primo tractatu summæ meta. in principio dicens. ꝙ artes & scientiarum genera sunt tria, artes speculatiuæ & sunt illæ, quarū finis est scire tantum. artes practicæ & sunt quarum scientia habetur propter opus, aut sunt artes adiuuantes & auxiliantes bis, & ad has dirigentes, & sunt artes logicales. per quæ uerba colligimus clare, logicam esse artem adminiculantem organicam, quoniam omnia,

dem. 1. physi. 35. com.

Sētētia Auer. maxime notāda. 2. tractatu summæ meta. ī prin° folio. 32.

Maxima: auctoritas Auer. ī tractatu summæ meta. in principio.

omnia, quæ ibi tractantur, ut instrumenta & organa ad scientiam tractantur, non ergo ut entia sunt, nec ut talia entia secūdo intellecta demonstratio & definitio tractātur. sed ut sunt instrumenta & modi sciendi, uerum aduertendum, ꝙ res in logica consideratæ dicuntur secundo intellecta pro rebus consideratis, siquidem subiectū duplex ēē declaratum fuit māle pro re considerata, & formale pro mō cōsiderandi. res cōsideratæ sunt secundo intellecta. ut dixit Auer. 4. met. 2. sed modus considerandi illas ē, ut sunt organa, uel instrumenta ordinata ad aliud ut patet per adductas auctoritates, et iō dicit Auer. cōsiderat Ari. definitionem & demonstrationem. non ut entia, nec ut, quædam entia, sed ut ducunt ad scientiam habitam per demonstratiōem. & habitam per definitionem. & hoc modo intelliguntur uerba illa Auer. ex quibus sic declaratis. patet ꝙ subiectum materiale in libro post. sunt præmissæ demonstratiuæ, subiectum uero formale. ut ducunt ad perfectam scientiam habitam per causam. quia hoc modo ipsas Arist. hic considerat. & hæc de subiecto primi libri sint dicta. Erat aliud declarandum .s. de subiecto secundi libri, quod quia ex dictis contra phylosophum fuit magna ex parte declaratum. ideo breuiter aliqua addendo declarabo. Auer. noster ponens subiectum secūdi ī hoc prologo dicit ‖ ET CVM expleuerit tractare præmissas, et dinumerare ipsarum conditiones. hoc ē subiectū primi quod fuit declaratum ponens. subiectum secundi dicit. TRACTAT eas, inquantum sunt definitiones, & ut uniuersalius inquam, inquātum ducunt ad perfectam conceptionem, pro intellectu horum uerborum, est sciendum ꝙ definitio & præmissa demonstratiua sunt idē re, quia eademmet præmissa quæ demonstrationē ingreditur, eademmet potest ēē definitio. sed differunt, ratione formali, dupliciter. tum rōne scientiæ, quia definitio agenerat perfectiorem scientiam, quæ est per quid. demōstratio scientiam, quæ est per quale, differunt secundo, ordine & situ partium, nam sicut illæmet partes et termini, qui ingrediuntur definitionem, ingrediuntur demonstrationem, tamen alio ordine ponuntur in definitione, alio ordine & situ in demonstratione, in demonstratione enim primo ponitur differentia, secundo genus in definitione, semper primo genus, secundo differentia, & iō definitio ē tota demōstratio sola positiōe differens idest ordine & situ partium. ut declarabimus in cōm. 66. licet etiam differūt ratione finis, & dictum est, & ne aliquid uideamur dicere sine Auer. auctoritate. uide hoc ab Auer. secundo post. 45. ubi habet differunt autem tales definitiones et demonstrationes ordine et positione declarans hoc dicit quia demonstrationum cōpositio est cōpositio orationis enuntiatiuæ. et definitionis compositio sit compositio conditionis et corroborationis clausulæ, hæc est una differentia. quia demonstrationis compositio est compositio orationis enuntiatiuæ. i. significantis uerum uel falsum per affirmationem uel negationem hæc enim est proprietas oratiōis enuntiatiuæ pri mo physi. 4. compositio definitionis. est corroboratione. clausulæ. i. certitudinis ueræ, quæ habetur per clausulam positam ī definitiōe. quæ explicare habet. genus et propriam differentiā de definito, nam clausula in demonstratione ponitur uice. affirmandi uel negandi. in definitione uice explicandi rei quiditatem, subdit postea Auer. in eodem cōm. aliam differentiam ‖ AC etiam ꝙ præponitur in una, postponitur in altera, nam genus præponitur semper in definitione. postponitur in demōstratione. istæ sunt differētiæ orationis. inter demonstrationem & definitionem. his sic declaratis. dico ꝙ subiectum in secūdo libro est definitio ipsa, non ut est idem re cum de=

Subiectum secundi lib.

tex.

monſtratione, ſed ut eſt inſtrumentum diuerſum à demonſtratione. quod agenerare habet diuerſam ſcientiam, hoc patet ex ſupra declaratis, nã à ſubiecto formali & ratione conſiderandi differunt ſcientiæ interſe. ſi ergo primus liber poſt. differt à ſecundo, ergo per aliquam rationem formalem & modum conſiderandi, ſed in .2. de definitione tractatur, ut omnes concedũt, & eſt ſententia Ariſt. 2. poſte. 2. cap. et. 17. ergo ſub aliqua ratione formali diſtincta à demonſtratione. ſed ratio formalis, per quam deſtinguitur à demonſtratione, eſt, ut inſtrumentum faciens ſcire quid, igitur ſub tali modo conſideratur in .2. poſte. non ergo ut idem re cum demonſtratione. hoc declarauit Auer. 2. poſte. cõ. primo, ubi inquit cum tractauit in primo lib. de conditionibus demonſtrationum, & de earum ſpeciebus, incepit hic conſiderationẽ ſecũdæ partis, quæ eſt conſideratio de ſpeciebus definitionum & de rebus, quibus conſtant & de modo, quo educuntur & de omnibus ipſarum euentis. dans cauſam iſtorum, inquit ex quo definitio eſt aliud à demõſtratione, quare de definitione Ari. inueſtigat, ut eſt aliud inſtrumentum à demonſtratione. & ſic ex his uerbis poteſt formari ratio talis, id eſt ſubiectũ, de quo proprietates principia inueſtigantur ĩ illo libro, ſed in ſecũdo poſt. proprietates principia definitionis et ſpecies earum inueſtigantur, ut differt à demonſtratione ergo definitio eſt ſubiectum ĩ ſecundo, ut differt à demonſtratione. ualeant ergo, qui dicunt ꝙ de definitione. ut de medio in demonſtratione. ſic enim non eſſet definitio aliud à demonſtratione, idem enim facerent ſcire. hoc declarauit etiam Ariſt. 2. poſt. cap. ſecundo ponens ſuam intentionem, dicit uelle inueſtigare de quod qd, quod eſt aliud à demonſtratione, & quamuis hæc poſitio ſuit corroborata ſupra, maximis rõnibus; tamen quia res eſt difficilis, ideo duabus alijs rationibus. ipſam corroborabo. contra dicentes de definitione in ſecundo, ut de medio tractari, & non ut diuerſum inſtrumentum à demonſtratione, & prima ratio ſumitur ex auctoritate Auer. in. 2. poſt. cõ. 45. & in hoc prologo quãdo dicit definitiones uero ſcrutatur hic ſecũdum ſuas ſpecies, & res, quæ definitiones cõſtituũt, per quæ uerba accipio, ꝙ Ariſt. intendit de definitionũ ſpeciebus tractare in ſecũdo, quæ ſpecies definitionum ſunt tres. uel quæ eſt concluſio demonſtrationis, uel ẽ quæ principiũ demonſtrationis, uel quæ eſt ſola poſitione differens ut declarat Auer. primo poſt. 66. & in quæſito de triplici genere definitionis tunc ex his arguo. ſi de definitione in ſecundo, ut de medio. ergo tantum de definitione, quæ eſt principiũ demonſtrationis, ſiquidem hæc tantum eſt medium in demonſtratione, quia medium ẽ principium primum indemonſtrabile. & pro complemento huius quæſiti, pono ultimam rationem, quæ apud omnes ſanæ mentis facile poterit demonſtrare. habet Ariſt. in. 2. poſt. tex. com. 47. quomodo demonſtratio de eo, quod quid ſit, inueniatur, & quomodo non ſit, ex dictis euidens eſt. & reliqua, quæ ibi dicit. Auer. in. cõ. habet. ex dictis euidens ẽ quomodo ex demonſtratione educatur definitio. quando enim definitio ex demonſtratione educitur; aliquomodo inuenitur demonſtratio de eo quod qd ſit. ſ. de definitione, per quæ uerba Ari. & Auer. habemus quod declaratum ẽ, quomodo ex demonſtratione educitur definitio, ſi per te de definitione ut de medio tractaret, ergo haberet Ariſt. quomodo ex demonſtratione educitur medium. ſed hoc nullus concederet, ex demonſtratione enim non educitur medium, ſed concluſio naturaliter ignota, medium autem eſt indemonſtrabile, ex quo educitur demonſtratio, & non econtra, ꝙ ex demonſtratione educatur medium, & inquit Auer. aliquo modo inuenitur

Auctoritas Auer. maxima.

Rõ, ꝙ definitio ſit ſubiectũ ut differt à demonſtratio.

Secundarã.

Tertia rõ demonſtratiua.

uenitur demonſtratio de quodquid. ſ. quãdo definitio educitur à demõſtratione. ergo aliquo mõ demõſtratio eſt de medio, ꝙ ẽ omnino falſum ulꝭ tra Auer. ibi loqtur de definitiõe reſpectu definiti, mõ definitio reſpectu definiti nõ eſt mediũ ĩ demonſtratiõe, qa ſic nõ reſpicit definitũ, ſed demõſtrabile, pꝫ. ergo qualiter poſitio Auer. ẽ cõſona menti Ari. et ueritati, quod definitio eſt ſubiectũ in ſecũdo, ut iſtrumẽtũ diuerſum à demõne ꝗ de illa, ut ſic inueſtigat cõditiones et proprietates, bene igitur Auer. d. definitiões uero ſcrutatur hic ſecũdũ ſuas ſpẽs. ſ. quæ ſunt tres, et res quæ definitiões conſtituũt, et hæc ꝗtum ad ſubꝫ ſecundi lib. deinde ſeqtur Auer. dicẽs ❡ Quoniã non eſt inuenire rem aliquã ĩ definitionibus etc. cũ Auer. declaraſſet ſubm tũ primi lib. tũ ſecũdi et ꝗtũ ad rẽ tractatã. et modũ ẽt tractandi, et cõſiderãdi, uult ĩ hac parte, & in his obſcuriſſimis uerbis ſoluere quandã tacitã difficultatẽ, aliꝗs. n. poſſet dicere ſi Ari. tractans de demõne in primo fecit de ipſa duos tractatus. unũ ĩ quo tractauit formã demõnis. ſ. ſyllogiſmũ ĩ lib. prior. ſi ꝗdẽ unus ẽ liber ut declaratũ ẽ, alterũ in quo de materia demõnis pertractauit. ſ. de præmiſſis demõnis. eodẽ pacto duos debuit de defiõne agere tractatus, unũ ĩ quo tractaret de forma, parte magis uniuerſali defiõnis. alterũ in quo tractaret de mã defiõnis, et eo magis, cũ definitio et demõ. ſint idẽ re. ergo ſi una uariatur et reliqua. ſed demõ habet uarios tractatus, ergo & definitio, ad hãc obiectionem reſpondens Auer. d. quoniam nõ eſt inuenire rem aliquam in definitionibus, quæ gerat uicem formæ & rei cõmunis. & aliquam, quæ gerat uicem materiæ & rei propriæ pro ut in demonſtratione, pro quorum uerborum notitia eſt rememorandum, quod dictum eſt ſupra demonſtrationem ex duplici conſtari parte ex una ſcilicet formali, quæ eſt genus. & eſt ſyllogiſmus de quo in lib. priorum, ut declaratum fuit ex alia parte. ſ. materiali, quæ ſunt præmiſſæ demonſtratiuæ, de quibus in primo poſt. quæ partes fuerunt ĩ diuerſis tractatibus declaratæ. nã pars formalis diuerſa eſt à parte materiali, forma. n. ſyllogiſtica. dum mõ ſit in debito mõ & debita figura põt eẽ et ex propoſitionibus falſis, ſicuti et ex ueris. & iõ diuerſa eſt forma à mã in demonſtratione. quia materia, debet tantum eẽ uera neceſſaria per ſe forma dum mõ ſit in debito ordine & debita figura, poteſt eſſe ex ueris falſis neceſſarijs contingentibus etc. & propter hoc demonſtratio tota diuerſos meretur tractatus, ſed in definitione non eſt reperire formã cõmunem quæ, ſit diuerſa à materia, ob quã declaratio de definitione mereatur diuerſos tractatus quoniam definitio non habet rem, quæ ſe habeat ut forma, diuerſam à re, quæ ſe habet ut materia, ſicuti eſt in demonſtratione. & ideo Ariſt. non fecit diuerſos tractatus de definitione, ſicuti de demonſtratione. ſed aliquis hic inſtaret cõtra Auer. quomodo definitio non hꝫ formã diuerſam à materia, nam definitio habet diuerſum ordinem diuerſamqꝫ compoſitionem à demonſtratione, modo ordo & compoſitio rei eſt à forma, ut patet ſecundo de anima. 8. & ideo ipſemet Auerro. declarauit ſecundo poſt. 45. ꝙ differunt demões & definitiones in ordine & cõpoſitione. nam cõpoſitio demonſtrationis. eſt cõpõ orationis enũtiatiuæ; & compoſitio definitionis ẽ compoſitio cõditionis et corroborationis clauſulæ, ut ſupra declaraui ergo alia forma demõnis, et alia definitionis. Secũdo differunt in forma ſiquidẽ dicebat Ariſto. & Auer. 9. meta 22. diffinitiuus ſermo et affirmatiuus. i. demonſtratiuus idẽ nõ ſunt. nã ĩ demõne ẽ compoſitio et forma orõnis enũtiatiuæ, quæ. d. eẽ uel non eẽ affirmando uel negando ſed forma definitionis nõ. d. eſſe uel non eſſe. ſed d. ſimplicem rei quiditatẽ, non dicẽs eẽ uel non eẽ, ut declarabitur in

Tex.

cōm.14. huius primi, præterea forma defiōnis cōstat ex actu & pōa.8.meta.ultimo et.7.meta. 40.quare alia ē forma demōnis, et alia defiōnis, qūo ergo.d.Auer. ꝙ in defiōne non ē forma diuersa, quæ mereatur distinctū tractatū à materia. iō propter has rōnes & auctoritates dixere qdā, Auer. non negasse defiōnē, nō habere formam. sed negasse non habere formam, quā habet demonstratio. quoniā demonstratio hꝫ formā dicentem esse, uel non eē, definitio uero nō, sed de hoc nullus dubitat, siqdem probatū fuit supra, definitionem in.2.tractari, ut est diuersum instrumentū à demonstratione, quare non possunt habere eandem formam, præterea si habet formā diuersam, quare non fecit distinctū tractatum de ipsa. iō dicamus. ꝙ definitio hꝫ suas partes .s. genus & differentiā, siue ambæ sint formæ, una .s. uniuersalis, alia particularis, ut Auer. declarauit. 2.physico.28 & semper ab, Auer. differentia uocatur forma rei propria. sed si nos accipimus formā non pro rei qditate, sed pro ordine & compositione rerū, dico ꝙ forma .i. ordo definitionis ē diuersus ī genere et differentia, quæ sunt partes definitionis, & ab illis met .s. genere & differentia, ut sunt partes demōnis, quia declaratum ē supra, ꝙ illimet termini, q ingrediuntur definitionē, ingrediuntur demonstrationē, sed differunt ordine & positione. nam forma horum terminorū & compositio in demonstratione ē forma compositionis ex uerbo cū affirmatione & negatione. sed forma definitionis est forma ex actu & potentia, 8.meta. ultimo quæ ab Auer.2.poste. 45.dicitur forma cōditionis & clausulæ, quæ licet supra fuerit declarata. nunc melius, & exqsitius declarādo dico. ꝙ iō uocatur conditio defiōnis, conditio clausulæ & corroborationis, quoniā.5.meta. .22. hꝫ Ari. & Auer. ꝙ definitio ē finis ī cognitione, & finis in eē, ēt Ari. uocauit quod qd erat eē terminū, qa ergo habita definitione clauditur rei cognitio, & taliter corroboratur, ꝙ non ultra sit inqsitio, siqdē dicebat Ari.2.post. habito quid, cessat oīs quæstio propter hoc dicit Auer. est forma corroborationis & clausulæ, sed instaret quis quid ad argumentū quare non fecit diuersos tractatus de definitione, si hꝫ formā, diuersam respondetur. ꝙ cū eadē semper sit forma ī oībus defiōnū spēbus. nō oportuit Ari. diuersum tractatū de defiōne, hēre ī quo ageret de forma, siquidē ī illa nullus pōt accidere error, in eius forma, sicuti in demōne, ī qua cum forma sit multiplex, nam pōt eē uariabilis, per tres figuras. aliq imaginabantur esse ēt per quartā figurā, pōt ēt uariari per tot modos. pōt ēt uariari per dictū de omni, & dictū de nullo, iō oportebat de his agere diuersum tractatum, ī quo declararet uerā & perfectam formā demōnis, sed ī defiōne semper uera forma seruatur, primo ponitur genus, secundo differentia. & ista forma semper est seruanda ut.d. Auer.4. physi.8.ideo cum nullus aut rarus possit accidere error, ideo nō meretur definitio distinctū tractatū quantum ad formā, & hoc modo intelliguntur uerba illa Auer. ī prologo ‖ quoniā non ē inuenire rē aliquam in definitionibus usq; ‖ ibi q aūt putat, in quibus uerbis Auer. non negat definitionem non habere formam, quia ipse concessit hoc, ut declaratū fuit supra, sed negat non habere partem formalem, & formam, sicuti demonstratio. per quam mereatur distinctum tractatum, sicut fecit in tractādo de demonstratione ob cām iam supradictam ‖ QVI aūt putat, Auer. ī præsenti parte uult soluere aliā tacitā difficultatem aliqs.n. posset dicere, ꝙ definitio meretur diuersos tractatus. ob hanc aliam rōnem, nam, dictū fuit primo phy.4 et.57. ꝙ cōmunia debēt præcedere propria. sed defiō hꝫ quædā cōmunia, & quædā propria. ergo cōmunia debent præcedere in cognitione, & primo debent tractari, siquidē tractatus de cōmunibus præcedit tractatū de

.8.meta. 6.7. meta. 33. et.2. tractatu summæ meta.

Dubitatio quam aliqs facere posset

proprijs

proprijs. triplici de cā, ut declarabit Auer. infra in cap. de ordine, ergo definitio debet habere tractatum de communibus. & tractatum de proprijs. & sic essent duo tractatus, quæ uero sint ista communia prius pertractanda, respondet alpha: hic communia præscienda ante omnem definitionem, esse quinq; prædicabilia pertractata à porfirio ī prædicab. nā ibi pertractatur, quid genus, & quid differentia, quæ sunt partes necessario reqsitæ cuilibet definitioni.8. meta. ultimo &.7.meta.43. tractatur etiam ibi de specie, cuius tantum est definitio. 7.meta. 37. ergo est prius scienda ante definitionem, tanq; subiectum, quod substat generi & differentiæ declarat etiam quid proprium, tanquam id, quod non ingreditur definitionem, nisi quādo propria differentia est ignota, quæ debet circumscribi per propriam passionem. uel qa definitio debet declarare accidentia propria rei. 4. phisi.31. declarat etiam quid accidens commune, tanquam omnino excludendum à definitione. quia non ingreditur demonstrationem primo post.44 ergo nec definitiōem. omnia ergo ista sunt præscienda ante definitionē & ideo porf. dicit uelle tractare cōmunia ad oēm definitionē & propter hoc uidetur, ꝙ mereantur distintū tractatum, potest etiam hoc confirmari authoritate Ari. qui in primo topi. tractauit illa quatuor topica prædicata communia ad omnem definitionem, ergo, definitio debet habere tractatum in quo communia ad definitionem omnem declarantur, & debet habere tractatum proprium. in quo declarātur propria definitionis, & erit liber secundus post. in quo Arist. docet propria instrumenta, per quæ propriæ species definitionum possunt acquiri, et sic tractatus de definitione erit diuisus in duas partes, hæc est alpha. opinio. ad quam destruendam Auer. dicit ꝙ qui putat hanc positionem eē ueram ‖ ILLIVS moris est præponere tractatui de definitionibus singulis artibus propria ‖ pro quorum uerborum notitia intelligendum est ꝙ Auer. arguit tali pacto. si hæc positio esset uera nuper dicta, ꝙ definitio habet partem communem, quæ meretur distinctum tractatum, tunc propria singulis artibus præponerētur tractatui de definitione. sed istud dicere. est magnus error, ergo positio falsa, sed pro intelligentia huius cōsequētiæ sciendum ꝙ per propria singulis artibus. Auer. intelligit prædicata topica, de quibus in libro topicorum Arist. considerat quæ iō ab, Auer. uocantur propria oībus artibus, quoniam sunt prædicata, quæ deseruiunt et conueniunt omnibus artibus, dicebat Ari. primo topi. primo ꝙ topicus habet uiam ad principia omniū methodorum, &.4.meta.5. topicus est artifex uniuersalis ingrediens oēs artes sicuti & meta. licet differenti ratione ut ibi Auer. declarat. & Auer. primo post.85. dicebat, topicus nullius est generis determinati, sed considerat ens omne qualitercunq; contingat. ergo si topicus est artifex uniuersalis omnibus artibus deseruiens. ergo prædicata topica sunt singulis artibus cōuenientia. præterea pro intellectu cōsequentiæ ē sciendū. ꝙ quādo Auer. dicit tractatui de defiōnibus, per hunc tractatum debemus intelligere secundū lib. post. ibi.n. proprie & per se de defiōne tractatur, et de īstrumēto alio à demōne ut supra habitū fuit, his sic declaratis. deduco cōsequētiā et impossibilitatē cōsequētis. cōsequētiā hoc mō deduco, si definitio haberet duos tractatus diuersos, unū ī quo cōmunia definitioni tractarentur, tunc propria singulis artibꝰ. i prædicata topica, quæ in se, sunt cōmunia, tamen dicuntur propria singulis artibus, qa nulla ars ē, quæ nō cōsideret genus differentiā. propriū de suis subiectis. et hæc met ptā sūt illa, quæ fuerūt tractata à porfirio præter spēm, ergo cum illa, tractētur ī lib. porfi. debent præcedere secūdū post. eodē pacto

Prima expositio.

textus.

& quæ

Secunda expositio tex. Auer.

& quæ tractātur in libro topi.tum quia sunt eadem. tum secundo quia sunt communia quare liber topico. præcederet librum secundum poste. quia communia procedūt propria, lib. topi. tractat de cōmunibus secundus post. de proprijs ergo præcedere dz ꝙ ē oīo falsum et impossibile. falsitatem aūt et impossibilitatem consequentis derelinquo declarandam ī cap. de ordine, ubi Auer. hoc declarat. Alio pacto, pōt exponi hic textus Auer. ꝙ per singulas artes Auer. intelligat quinq; partes logices, ut declarabit infra in cap. de proportione .s. partem demonstratiuam, topicam, sophisticam rethoricam, & poeticam hæ sunt qninq; logices artes particulares, quæ de particulari & propria re considerant. hæ quinq; particulares artes diuiduntur ī duas partes duersas, i unam partem cōmunem quæ est de forma communi earum. & est syllogismus. qui syllogismus est forma omnium syllogismorum, licet primo & per se demonstrationis ut dictum est, de qua quidem forma pertractatur in libro priorum diuiduntur etiam in partem propriam .s. in materias proprias, quæ sunt præmisse earum, de quibus in proprijs libris fit inquisitio. de materia .n. syllogismi sophi: in suo libro proprio. de materia syllogismi topici in suo proprio lib. & sic de alijs, his declaratis hoc pacto. patet consequētia Auer. si definitio haberet partem cōmunem, propria singulis artibus. i. quinq; partes propriæ, logices. quæ uocātur propriæ respectu præmissarum propriarum, de quibus singulæ pertractant, quinquæ hæ artes præcederēt tractatū de definitione, ꝙ est falsum, primo deduco cōsequentiam, deinde falsitatem consequentis. cōsequentia probatur hoc modo, nam dictum est ꝙ liber priorum pertractat de forma communi ad omnes istas quinq; artes logices, ergo. debēt statim sequi, libri hi particulares, qui tractant de materiebus proprijs syllogismi, & corroboratur nam Ari. primo priorum .s. dicebat prius de syllogismo, quia uniuersalior, post hoc de demōstratione quia erat materia propria syllogismi demonstratiui. ergo eodem etiā modo debet sequi tractatus de materia syllogismi sophistici. & topici, post tractatum de forma. & ratio est. nā materia & forma sunt relatiua, & simul se consequuntur & in esse et in cognitione. ergo. si in libro priorum de forma cōmuni ad istas qnq; artes particulares, statim illæ debent sequi post tractatum de forma in cōmuni, & sic præcederēt istæ artes propriæ tractatum de definitione, qui est secundus poste. sed hoc est falsum cuius falsitas probabitur in cap. de ordine hæc est horum uerborum expositio secunda. sed meo iuditio melior uidetur prima expositio, ob hanc rationem, quoniam hæc secunda expositio uidetur concedere tractatum de præmissis topicis esse de proprijs. ꝙ non est omnino tutum, cum sint ea, quæ in topicis pertractātur cōmunia omnibus artibus, ut patet. 4. meta. 5. & primo post. 85. sed scio, ꝙ hæc expositio secunda potest defendi ab ista ratione, tamen prima uidetur magis circa intentionem Auer. cum loquatur de his, quæ in libro porfirij tractentur, patet ergo ex omnibus his Auer. uerbis, quid ē subiectum secundi lib. & sub, qua ratione tractetur, & quare nō fecit diuersos tractatus de definitione, Sed circa dicta aliquis posset dubitare, quomodo de definitione agitur in. 2. post. cum Arist. in libro topi. de defiōne pertractauit ut unum prædicatū inter alia, ergo uidetur ꝙ bene philo. ꝙ de definitione in secundo post. ut de medio, & non ut de prædicato inquid, siquidem ut prædicatū inquid Aristo. pertractauit in libro topicorum ad hoc facilis potest esse solutio. nam ī libro topi. tractatur de definitione: ut est unum prædicatū, topicum inter alia, quod inuestigatur rationibus topicis. sed de definitione tractatur in. 2. post. ut est

Dubitatio.

Solutio.

est instrumentum faciens scientiam perfectissimam, per quid, hæc solutio potest accipi ex uerbis Auer. 2. post. cōm. 3. ubi dans differentiā inter quæsita topica & demonstratiua dicit quæsita topica sunt, quæ accidunt entibus ex parte, qua sunt in anima, hæc autem quæsita posterioristica sunt eucnientia entibus ex parte, qua sunt extra animam. per quæ patet ꝙ similiter de definitione possumus dicere, ꝙ de defiōne, topicus ut est prædicatū commune problematicum factum ab intellectu cōstans ex genere & differentia. sed posteriorista de defiōne, ut est instrumentum faciens scire res extra animam, quoniam definitiones conueniunt entibus extra animam primo poste. 32. et. 8. meta. ultimo & propter hoc sumuntur ex principijs, quæ sunt in re, sed aliquis adhuc instaret de definitione et meta. considerat, nam. 7. meta. 42. Ari. proponit se de definitione loquuturum, & cū metaphisicus consideret de definitione nō nisi, ut facit scire rerum differentias, cum sit artifex realis, ergo non tantum definitio, ut facit scire res est considerationis posterioristici, sed etiā meta. respōdeo ꝙ ipsemet Ari. soluit hāc obiectionem in tex. quando dicit nunc autem dicamus, inquantū ī analiticis de definitione nō dictum est, per quæ uerba patet Arist. uelle loqui de definitione alio modo, ꝙ̄ in libro post. loquutus sit, & Auer. ī cōm. declarans hoc dicit ꝙ licet de definitione logicus et per logicum, intelligit posterioristam, et metafi. tamen differenti ratione, nam logicus cōsiderat definitionem sub hac ratione, ut instrumentum ducens ad intelligendas proprias rerum quiditates. metafi. autem de definitione tractat, secundum ꝙ significat naturas rerum .i. entium sed dices; uidetur idem esse dicere, considerare de definitiōe, ut facit scire naturas rerū, et quiditates rerum. quoniam natura rei principaliter est forma. 2. physico. 4. & 15. quæ est quiditas. ad hoc dico, ꝙ potest esse duplex expositio illorum uerborum, prima de definitione considerat metafi. ut significat naturas rerum. i. ut significat naturam entis, uel substantiæ uel accidentis, utrum sit una natura uel non, ergo ibi tractatur de definitione, ut significat naturas rerum .i. naturam accidentis, uel substantiæ utrum sit una, uel nō, posteriorista aūt de definitione, ut significat quiditates omnium rerum, alia & secunda expositio potest esse. ꝙ postōista considerat de definitione, ut instrumentum ducens ad scire quiditates rerū, sed metafi. de definitione per accidens, quatenus metafi. ē considerare de naturis rerum. an sint substantiæ uel accidentia, oportet ꝙ consideret de earum definitionibus. et sic considerat de definitione per accidēs, gratia rei, cuius naturam inuestigat & hæc uidetur optima expositio, quæ à nullo tangitur, & hoc uidentur annuere uerba illa Auer. quæ dicit in hoc prologo. NEC etiā ipse tractat definitiones, inquantum sunt unum certum genus entium, sed scrutatur eas inquantum tradunt perfectam conceptionem, pro ut natura singulorum entiū exigit, & proinde consentaneum est, ꝙ tractatus de his duabus spetiebus .s. demonstrationibus & definitionibus, non finiatur in differentias ultimas secundū singulas artes, quæ uerba meo iuditio sic exponuntur. ꝙ Arist. in lib. post. tractat de definitione, ut est instrumentū, quod potest applicari unicuiq; rei, definibili, ut sic, definitio, quæ tractatur in secundo post. ut est tale instrumentum, potest applicari rebus physicis, matematicis, & metafi. etiam. uerū si sunt diuersæ definitiones, hoc est respectu diuersarum rerum definibilium quæ habent diuersas, ultimas differentias. & ideo tractatus de definitione in secundo post. non finitur in differentias ultimas secundum singulas artes. quia non habet considerare de differentijs rerum sensibilium, de quibus

Solutio.

Pulcra replica

Tex.

bus physica considerat. nec differentias ultimas matematicorum. sed de his differentijs ultimis. in proprijs artibus quæ propriæ artes habent dare proprias definitiones. respectu rerum consideratarum, quæ sunt diuersæ { de eo .n. hmői.i.de definitionibus, quæ discernunt singulas artes.i.de definitionibus proprijs, in quacũq; arte Arist. meminit in istis proprijs artibus. pro ut in physicis de defiõne principiorũ et causarũ rerum naturalium, & in cæteris phylosophiæ libris de rerum naturalium definitione, similiter ĩ libro de animalibus de definitione & proprietate animalium. in libro metaphysicorum de definitione rerum immaterialium sed hic in secundo post. tractat de definitione cõmuni ad omnes artes. nam potest applicari omnibus rebus & de differentijs cõmunibus omnibus definitis. siquidem omnes artes possunt uti regulis declaratis in logica primo physi.35. & sic in secundo post. licet de definitione & in alijs libris. in secundo post. de definitione, & eius differentia in communi ad omnes artes & de differentijs non ultimis. quia ultima differentia est rei quiditas, de qua oportet pertractare in illo libro, ĩ quo de illa re agitur. sed tractatur de differentijs & definitionibus communibus & propinquis ultimis.i. quæ definitiones et differentiæ possunt adaptari quibuscunq; differentijs ultimis.i.proprijs & definitionibus proprijs. quarumcunq; rerum hæc Auer. in cap. de intentione uerum in illis uerbis { NEC censeo etiam recapitulat solutionẽ unã datam supra. quare est, ꝙ Ari. non fecit diuersos tractatus de definitione, sicut de demonstratione. ꝓ qa supra fuit declaratum, ideo pertranseo, patet ergo quid est subiectũ in secundo post.

Quarta conclusio. & sub qua ratione, ex quibus sic declaratis. elicio quartam cõclusionem propositam .s. subiectum in primo & secundo eẽ instrumẽtũ sciendi unum commune analogice definitioni & demonstrationi, totale & adæquatum nam analoga ea dicuntur, quæ habent ordinem ad unum, uel ab uno. sic demonstratio & definitio. sunt instrumenta, quæ habent ordinem ad unum finem .s. ad generandam scientiam. sed perfectiori modo definitio q̃; demonstratio, præterea sicuti substantia & accidens dicuntur analogata sub ente, sic definitio, quæ facit scire substantiam rei, & demonstratio accidens, erunt analogice contenta sub instrumento sciendi. ex his patet ratio, ꝙ subiectum in toto lib. sit instrumentum sciendi commune analogice dictum de definitiõe & demonstratione. illud est subiectum in libro cuius principia & passiones considerantur, sed Arist. in toto lib. post. considerat principia & passiones instrumenti sciendi cõmunis ad demonstrationem & definitionem. ergo illud est subiectum, maior est nota, minor probatur, considerat enim Ari. passiones & proprietates demõstrationis, inquãtum facit scire. definit enim demonstrationem. ut est instrumẽtum faciens scire. tractat etiam in secundo de definitione, ut instrumentum ducens ad quid, & ideo dixit, si ẽ alius sciendi modus, posterius dicetur, primo post.8. uocauit definitionem sciendi modum. ergo modus sciendi uel instrumentum commune utriq; erit subiectum totale, in toto lib. et hoc sumitur etiam ex dicto Alex. qui tenet subiectum ĩ tota phylosophia eẽ uniuersũ, quoniã ĩ tota phylosophia partes. & passiones & principia cõsiderãtur. sic cum passiones & principia & proprietates huius communis analogi tractentur in hoc libro primo & secundo, merito instrumentũ sciendi erit subiectum in utroq;. hanc conclusionem posuit Auer in prologo hoc, quãdo dicebat, tractat enim definitiones & demonstrationes. non ut entia sunt. sed ut ducunt ad perfectam cõceptiõem perfectamq; assertionem.i.ut sunt instrumẽta sciendi, quare patet de subiecto totali, quod

quod sit tum ex uerbis Arist. tum etiam Auer.

Solutio primę rõnis. Super est modo soluere rationes, quæ probabant subiectum in libro post. eẽ demonstrationẽ, prima ratio erat quoniam Arist. proponens intentionem libri poste. dixit in primo priorum primo. esse circa demonstrationem. & in .2. post. cap. .26. ipsam epilogauit. ergo ipsa est subiectum in libro post. ad hãc rationem dicendum est Aristo. proponere intentionem libri priorum & primi post. in quibus tractatur de demonstratione, siquidem in libro priorum de forma demonstrationis, in primo post. de materia. sed instabis in secundo post. in fine epilogauit de demonstratione dictum fuisse, ergo in secundo demonstratio ẽt est subiectum, uel aliquid eius. ad hoc dico ꝙ Arist. proponens de demonstratione & de ipsa epilogans. epilogauit etiam de definitione siquidem sunt idem re, sed tantum differunt ratione & situ partium & positione. ideo dico ꝙ Ari. proponens intentionem de demonstratione, proposuit de definitione, cum contineatur ĩ demonstratione, & sic epilogans de demonstratione epilogauit de definitione. sed dices ergo in secundo tractatur de demonstratione quia de ipsa epilogat. dico ꝙ per demonstrationem intelligit definitionem cum sint idem re. differũt uero ratiõe, ut uidistis, nominauit autem potius demonstrationem q̃; definitionem. duplici de causa. tum quia definitio continetur ĩ demonstratione. tanq̃; principium eius, tum quia usus est nomine notiori nam demonstratio ẽ notior definitione, cum de-

Solu. secunde tur per accidentia propria. quæ ducunt ad quod quid primo de anima. xi. & hæc ad primam rationem, erat secunda ratio inscriptio libri sumitur à re totali tractata, sed liber post. inscribitur de demonstratione ut patet. in principio prologi. ergo demonstratio est subiectum ĩ utroq;. ad hoc dicunt aliqui. ꝙ nõ semper inscriptio libri sumitur à totali subiecto. sed aliquando à principaliori parte rei consideratæ, sicuti ĩ libro de cœlo uniuersum est totale subiectum secundum Alex. et tamen inscribitur de cœlo tanq̃; à principaliori re considerata, q̃uis ibi de elementis tractetur, sic dico ꝙ hic liber inscribitur de demonstratione, non ꝙ tota demonstratio hic tractetur, quia pars formalis in libro priorum, materialis in hoc lib. ut probauimus, sed inscribitur de demonstratione, tanq̃; à principaliori parte rei consideratæ. sed diceret aliquis contra. ergo debet inscribi liber de definitione. cum sit principalior & omnibus nobilior consideratis ĩ hoc libro, dico ꝙ inscribitur de demonstratione, tanq̃; de nomine notiori, uel dicas ꝙ dicendo de demonstratione dicit de definitione, cum sit sola positione differens, uel & tertio & forte melius. ꝙ Ari. inscripsit libro de demõne, quia proposuit intentionem de demonstratione, & de ipsa epilogauit, ut compræhẽderet subiectum libri priorum & post. siquidem unus erat liber, ut declaratũ fuit. & sic dicẽdo de demonstratione, comprehendit & subiectum libri priorum & poste. si aũt inscripsisset de definitione, & de ipsa epilogasset, nõ comprehendisset nisi subiectum secundi post. & non libri priorum quia in lib. priorum nihil de definitione dictum ẽ, sed bene aliquid de demonstratione. patet ergo solutio ad secũdã erat tertia rõ illud ẽ subiectũ totale ꝙ totã artem comprehendit. non excedit neq; exceditur ab arte. modo demonstratio comprehendit primum & secundum post. semper enim aliqd eius tractatur in his libris. in primo.n. de præmissis. ĩ secundo de eius medio, ad hanc rationem ex dictis facile patet solutio, nam falsum est in secũdo tractari de definitione ut de medio siquidem tractatur de definitione ut instrumẽtum diuersum à demonstratione in scientia. ut supra probauimus, patet ergo. solutio rationum partis oppositæ, Esset ultimo uidendum hic. quod ẽ subiectum

Dubitatio

solutio

alia solutio

alia solutio

biectum finale princeps in logica uniuersa: quod quia declaratum fuit supra contra Philo. qui dicebat esse demõstrationem, ideo pertranseo. eẽt enim inutilis haec repetitio, fortissimis .n. rationibus & auctoritatibus, probaui definitionem eẽ subiectum princeps & finale ĩ uniuersa logica, cum omnia, quae in logica dicuntur, ordinẽtur ad definitionem tanq̃ ad perfectissimum instrumentum faciens scire. & haec sunt illa, quae Auerr. noster habet in hoc capite de intentione, in quo ui distis, quae sit intentio libri post. tum primi & secundi & etiam quae sit intentio utriusq; tum quo ad rem tractatam, tum quo ad modum tractandi, & quomõ solum Auer. noster tetigit ueritatem huius quaesiti. Sed quia Auerro. in hoc quaesito & cap. de intentione uidetur tangere inscriptionem libri in illis uerbis, quando dicit. { INTENTIO Nostra est exponere secũdos analiticos, qui liber de demonstratione inscribitur } Ac etiam in illis uerbis quando .d. { Iam aũt diximus ĩ libro prior. analyt. quid sit significatum analesis s. ꝙ sit resolutio per contrarium etc. } Ideo aliquis merito dubitandi occasionem acciperet. unde est, et propter quam causam hic liber inscribitur liber posteriorum analiticorũ. Iõ opere pretiũ duxi secũdo loco ĩuestigare de libri titulo, quae inuestigatio ualde confert ad ea, quae declaraturus est Aristo. si quidem sententia ẽ Them. ꝙ prima praecognitio necessario requisita ad omnem scientiam est praecognitio nominis & tantae est necessitatis, inquit Them. ꝙ sine ipsa nemo additum habere potest ad disciplinas & artes, quod etiam Aristo. declarauit in cap. 2. primi post. dicens ꝙ praecognitio nominis est una praecognitio habenda ante omnem doctrinam, quare utilis & necessaria est haec inuestigatio de titulo libri, post quaesitum de intentione, & hoc quia libri titulus sumitur à re tractata, quoniam in praecedentibus declaratum fuit de re tractata, merito uenit secundo inuestigandum de libri nomine seu titulo, quod quaesitum in rei ueritate est tantae difficultatis, ꝙ forte adhuc ueritas latet, sunt enim tot uirorũ in doctrina peripatetica illustrium, diuersae sentẽtiae circa hanc quaestionem, ꝙ difficile est inuenire ueritatem, siquidẽ Alexãder aphrodisiẽsis in lib. de fato ad imperatores inscripto dicit. Inuentio ueritatis illius difficillima uidetur, quod opinionum utriq; multa ex his, quae per spicua sunt aduersari uideantur. cũ ergo in hoc quaesito multae & uariae sint opiniones, difficile erit ueritatem inuenire. tamen spero. ea in hac materia me dictucũ, ut maiorem lucem nemo unquam desideraturus sit. Et circa hoc quaesitum hunc ordinem seruabo, primo aliorum positiones adducam earumq; rationes secundo illas examinabimus, Tertio positionem, quae uidetur consonamenti Arist. ex dictis Auer. declarabo, hic enim est ordo Arist. in inuestigandis quaesitis, ut patet primo physi. & in omnibus suis libris, sed quia Philopo. noster in primo priorum hoc quaesitum de intento uidetur persoluere, ideo primo eius positionẽ uidendam censui, quaerit Philop. unde ẽ ꝙ liber priorũ & post. ambo inscribãtur resolutorij, ad quod respondens phi. dicit ꝙ resolutio nil aliud est nisi regressus ad priorem compositionis causam, quae resolutio potest multis modis capi. uno modo accipitur resolutio pro regressu compositi in simplicia, qua resolutiõe utuntur geometrae. à cõposito quaesito procedendo ad causas suas, alia est reselutio dicit Philop. uniuersi in partes, ut puta domus in suas partes Tertia resolutio est corporum naturalium ĩ elementa. Vltimo modo dicitur reselutio argumentorum in proprias species, quae à Phiolop. uocatur deductio potius, tandem .d. ipse omnes istę species resolutionis habẽt communem definitionem, ꝙ resolutio omnis est reuersio ad causãs coargumen-

De titulo libri.

Alexãdri sententia.

Opinio Philo.

coargumentationis uel compositionis. secundo .d. phi. ꝙ Aristo. in lib. priorum tria docet, primo ex quibus syllogismus constituatur. docet modũ componendi syllogismum, secũdo docet quomodo possumus abundare propositionibus ad formanda argumenta, quae uolumus. & sic docuit, quae est propositio uniuersalis quae particularis, quae contingens, quae necessaria, tertio docet Arist. resolui ratiotinationes idest syllogismos. tunc his stantibus .d. Philo. ꝙ liber priorum dicitur resolutorius & etiam hic post. quoniam Arist. docet resoluere syllogismum in suas species & argumentationem in suas species, & iõ ille dicitur lib. priorum resolutoriorum, quia docet resolutionem syllogismi in suas species, q̃ syllogismus est ut genus, quod est prius & uniuersalius suis speciebus, sed acuti iuniores instant contra Phil. et certe rationibus haud uulgaribus & primo instant actoritate Auer. nam habet Auer. in primo post com. 93. ꝙ resolutio omnis est duplex uera scilicet, et non uera, resolutio uera est, quando compositum uel quaesitum in simplices causas resoluimus, & dicitur haec uera resolutio, quoniam dictum est in post praedicamẽtis cap. de priori. 9. meta. 16. secũdo post. 94. uerum est, cum id, quod in anima concipitur, consonum est rei extra animam apud naturam, & cum apud naturam una sit resolutio à composito ad causas simplices. iõ uera resolutio erit illa, cui correspondet aliqd ĩ re. s. à composito ad cãs simplices. ẽ et alia resolutio nõ uera, et est .d. Auer. quando res resoluitur ĩ ea, ex quibus non est cõposita, & est quando resoluimus priora in posteriora, causas in effectus. si quidẽ causae non sunt cõpositae ex effectibus, sed econtra, haec dicitur resolutio nõ uera. q̃a nõ insectatur opus naturae. nec aliquid sibi extra correspondet. nunq̃; enim natura resoluit causas in effectus. sed econtra, sed iste est potius modus componendi, q̃; resoluendi. Tunc dicunt isti, omnis resolutio est hoc duplici modo, & non datur alius modus resoluendi, nec in naturalibus, nec in mathematicis, nec in aliqua scientia, cum resolutio generis in species non sit ullo istorum modorum, quare non erit resolutio. Immo potius genus diuiditur in species, quàm resoluatur. semper enim Arist. in secundo posterio. & primo topicorum quando docet modum inueniẽdi definitionem, dicit inuenitur autem uno modo uia diuisiua diuidendo genus in species, & nunq̃; dixit, quòd genus resoluatur in species. sed bene dixit genus diuiditur in species, & hoc dixit Auerro. 7. meta. 43. ꝙ genus primo debet diuidi in differentiam, & sibi oppositam, & non dixit resolui debet. Quare si positio Philopo. esset uera, potius isti libri dicerentur diuisiui, quàm resolutiui, cum genus diuidatur in species, non resoluatur. siquidem Auerro. in secundo post. 19. & .20. & in quaesito de definitione habet, quòd definitio duobus modis uenari potest, uno modo incipiendo à generalissimo usq; ad species, & isto modo dicit Auerro. uenatur per diuisionem, quare patet, ꝙ genus in species diuiditur non resoluitur. Ex hoc potius libri dicerentur diuisiui, secundo dicunt hi cum quelibet ars & scientia habeat diuidere suum genus, quod considerat in species, quare omnes artes hoc modo dicerentur resolutoriae. omnis enim scientia habet considerare genus unum, quod sub se continet species & partes, de quo inuestigat proprietates & affectiones. ergo omnis talis scientia cum tale genus in suas diuiserit species. resolutoria dicetur, hae sunt rationes Iuniorum contra Philoponũ, sed pro eis ego addo aliam rationem, quae meo iuditio uidetur magis stringere, posset .n. aliqs dicere, ꝙ quando resolui dicimus genus in spẽs, dicimus resolui resolutione nõ uera, quae ẽ à simplicibus ad cõposita, & q̃a genus

Rationes iuniorum contra Philop. Prima rõ.

Duplex resolutio.

Secunda rõ.

Ratio tertia propria.

est simplex, species composita, in resolutione nõ uera, possumus dicere ꝙ, genus resoluitur in species per uerba Auer. in com. 93. huius primi, ideo & pro confutanda hac responsione & confirmanda iuniorum positione, arguo aut hic liber dicitur resolutorius à resolutione uera, uel à resolutione non uera, non potes dicere secundum, qa Auer. in hoc prologo habet, ꝙ resolutio est contra compositionem, modo resolutio non uera est similis cõpositioni, resolutio uera est cõtraria cõpositioni, sicuti in nã, & ab hac resolutione uera debet denominari liber resolutorius, ut Auer. declarat ĩ co. 93. qa tali resolutione sciæ math. utũtur ut declarat ĩ co. 94. quæ sunt sciẽ utẽtes demonstratione simpliciter, ergo ẽt hic liber cũ ĩ eo tractetur de demõe simpliciter ab hac dicetur resolutorius. s. à resolutione uera, tũ ẽt qa ars imitatur nãm. ergo si ĩ natura ẽ talis resolutio, et in arte ẽt debet esse, cũ sit possibilis in ea reperiri, his stantibus arguo, si resolutio uera est cõtraria cõpositioni, natura. n. cõponit ex causis ex simplicibus effectũ, resoluit autem comtrario mõ, cõpositũ in causas. ergo potius est resolutio speciei ad genus, q̃ econtra. nam species est quid cõpositũ, genus aũt est simplex, dicebat. n. Ari. 3. meta. 10. genera sunt principia specierum. ergo cum resolutio sit à composito ad principia. cum species sit composita ex genere tanq̃ ex principio, erit à specie resolutio ad genus, & ideo Auerr. primo physicorum. 5. inquit, ꝙ species est composita, & licet genus sit totum & compositum ut ibi Auer. declarat est totum prædicabile Hanc cõclusionem posuit Aristo. 3. metaphy. 11. inquiens genus generalissimum est simplex, & genera subalterna sunt composita, modo resolutio est à composito ad simplicia, ut demonstrabimus infra de mente Aristo. & Auerro. quare potius esset resolutio à specie ad genus q̃ econtra, non ergo dicuntur isti lib. resolutorij, quia docent resoluere syllogismum, qui est genus in suas species, ut male Philop. sentit. Sed in rei ueritati aliquis posset defendere Phi. nam ipse in lib. priorum nõ. d. ꝙ Arist. doceat resoluere syllogismum in suas species. sed docet resoluere syllogismum in suas præmissas, quæ sunt acceptæ in tali modo & figura, & ꝙ hoc sit uerum dicit phil. & ab hoc capite titulum accepit, quippe cũ præstantior & perfectior sit resolutio, q̃ compositio. nã sciũt idiotæ cõponere, sed nõ resoluere syllogismũ ĩ præmissas, uel præmissas in subiectum, & prædicatum, & propter hoc dixit Aristo. docere abundantiam propositionum, ut sciamus resoluere syllogismum in præmissas, & sic uidetur bene dicere, quòd dicitur resolutorius liber priorum, quia tractatur de resolutione generis idest syllogismi in suas præmissas, quæ resolutio est prior, dicitur etiam liber post. resolutorius quia tractatur de resolutiõe syllogismi demõstratiui in suas præmissas ueras necessarias, quæ resolutio ẽ posterior, et si diceres, ergo liber top. & elencorũ dicerentur resolutorij. respondetur ꝙ non, ibi. n. non docet resoluere syllogismos in figuras in modos in treis terminos & duos præmissas, sicut facit in lib. priorum, nec docet resoluere syllogismũ top. uel elen. ĩ præmissas probabiles, uel apparẽtes, sicut facit ĩ lib. post. ĩ quo docet resoluere demõnem ĩ præmissas necessarias, rõe cuius dicitur resolutori9, hæc possunt dici in fauorẽ huius uiri certe laboriosissimi Ari. expositoris ne ĩ dicta cã dãnetur. sed nũc rẽ exactius cõsiderãdo. uidetur ꝙ positio Phil. nullo pacto præ Auer. possit stare, declarabitur. n. ĩfra ꝙ ab una met resolutione uterq; lib. dicitur resolutorius. sed nũc arguẽdo, contra hũc uirum arguo sic uel liber priorum dicitur resolutorius, quia docet resoluere genus in species. s. syllogismũ, argumẽtationẽ ĩ suas spẽs, et hoc non potest esse nam hæc potius est diuisio, q̃ resolutio, nec ipse

Defensio phi.

Verba philop.

Refutatio. Defensioni Phi. propria.

hoc con=

hoc concederet, aut dicitur resolutorius, qa docet resoluere syllogismũ in modũ et figurã et treis terminos. et hæc potius dicitur deductio, q̃ resolutio, per hũc. n. processum reducimus syllogismũ ĩ propriã formã propriãq; figurã et treis termĩos, ut uideamus si est perfectus uel non. & ipsemet Philop. dicit est alia resolutio argumentorum in proprias species, quæ dici potest deductio quare isto modo liber priorum potius diceretur reductiuus, quàm resolutiuus, si autem tu dicis ꝙ dicitur resolutorius, quia docet resoluere syllogismũ in præmissas, eodem pacto Aristo. in lib. top. & elencorum, docet quomodo syllogismus topicus, & elencus constet ex topicis & apparentibus præmissis, ad quas resoluitur, docet. n. cõditiones præmissarũ topicarũ et apparentiũ, q̃bus positis ponũtur tales præmissæ. et remotis remouẽtur, sic uidetur docere modũ resoluẽdi horũ syllogismorũ ĩ suas proprias cõdiciones et proprietates, quare pace tanti uiri uidetur nõ attingere mẽtem Ari. iõ fuerunt alij q dixere ꝙ hic lib. dicitur resolutorius ab ordine rerũ inuentarũ per resolutionẽ, pro cuius intellectu est scienda una propositio declarata ab Auer. 7. meta. 23. & 3. ethi. 6. ꝙ quælibet ars, et etiam scientia omnia instrumenta, quæ in illa arte sunt necessaria, eligit & ordinat ex fine præcognito, resoluendo in media, per quæ talis finis comode introduci possit. hæc propositio colligitur etiam ex uerbis Arist. in primo physi. tex. primo, & secundo, in primo tex. proposuit finẽ. s. scientiam rerũ nãliũ, ex hoc eligit media ad finẽ ducẽtia, et dixit esse cãs primas prima principia usq; ad elementa. & qa hæ cãæ erant nobis ignotæ, dixit, eliciens aliud medium, innata est nobis uia ex nobis notioribus procedere, oĩs ergo ars et scĩa ex fine præcognito inuestigare habet media ad finem, & hoc modo Arist. primo ethi. primo dicebat oĩs ars oĩsq; doctriua bonũ quoddã appetere uidentur. i. finem, ex quo postea ordinat & inuestigat media ad finẽ ducentia, et hoc ẽ illud, quod Arist. dicebat 7. meta. 23. ultimũ ĩ intentione est principiũ operis, et ultimum in opere, est primũ in intentione, secũdo est sciendũ ꝙ semper author in principio operis seu ut isti aiunt in prologo, procedit ordine resolutiuo circa inuentionem rerum docendarum, postea ut dicunt in tractatu procedit ordine compositiuo, inuentas enim res docendo componit, tertio in epilogo, procedit ordine memoratiuo, qui ẽ per definitiones rerũ in summa, & hoc accipitur ex Galeno in principio lib. artis medicinalis, hunc ordinem dicunt seruasse Arist. in primo phy. q in prologo processit ordine resolutiuo inueniẽdo media ad finem propositum in primo tex. postea in tex. 8. incepit tractare et inuestigare ex illis medijs suum intentum, his sic stantibus, dicunt hi, ꝙ cum Arist. ambos hos libros & priorum & posteriorum hoc ordine ordinasset in prologo enim lib. priorum præcognouit finem scilicet demonstrationẽ gratia demõstratiuæ disciplinæ. ex hoc fine præcognito inuenit docẽda. nã cũ demõtio habeat formã oportebat prius scire syllogismũ, q ẽ forma demõnis et uniuersalior, q syllogismus cũ habeat prĩcipia. s. propõnes, prius erãt præcognoscendæ propositiões. et quia hæ cõstabãt ex terminis. oportebat prius cognoscere terminũ, et sic Ari. p°. exeqtur à termino. ut uera sit sua propositio dicta, ultimũ ĩ intẽtiõe et cognitiõe ẽ primũ ĩ exequutiõe, et sic postea ĩcipit cõponere et tractare ea, quæ fuere per resolutionẽ inuẽta et sic hic li. et priorũ ducũtur resolutorij ab hoc fine et ordine rerũ inuẽtarũ per resolutionẽ, S3 l3 quæ isti dicant, sint uera in se, tamen non circa nostrũ quæsitum propositum, non enim hi libri dicuntur resolutorij ab hoc ordine rerum sic inuentarum, nã si hoc esset uerũ, tunc oẽs libri Ari. dicerentur resolutiui, & omnes scientiæ & artes, omnes. n. artes & scientiæ hoc modo procedunt ex fine

Secunda opĩo.

Refutatio.

præcon=

præconcepto resoluendo in media, quæ ad finem ducunt, omnis enim ars doctrinaq; bonum quodã appetere uidetur idest finem, ex quo eligunt media ad finem. ut exemplum est in primo physi. similiter fabricator primo præconcipit finem .s. domũ. postea media inuestigat ad finem ducentia, quare ista positio non soluit quæsitum.

Opĩõ Zimare

Est & alia positio magistri in contradictionibus, quæ recitatur ab ipso in theore. 60. in quo habet, ꝙ resolutio est duplex, quædam est resolutio facta à natura, & quædam est resolutio facta à ratione. Resolutio naturæ est contraria compositioni, sicut natura componit ex causis effectum, resolutio contraria compositioni. est quãdo resoluimus compositum in elementa, elementa in simplicem materiam & formam, semper procedendo à composito ad simplicissimas causas, resolutio rationis inquit ipse adhuc est duplex: una, quæ fit in scientijs speculatiuis, quarũ finis est scire tantũ, altera, quæ fit in scientijs practicis & operabilibus, quarum finis est opus, his stãtibus ponit duas conclusiones iste uir prima, resolutio de qua loquimur nos est resolutio rationis, quæ resolutio in scientijs speculatiuis est à priori ad posterius à causa ad effectum, probat hanc conclusionem & authoritate & ratione. & primo authoritate Them. qui in primo post. cap. 26. habet resoluere appello, uera conclusione posita. propositiones, ex quibus confecta sit exquirere. ergo resolutio est exquisitio per causas, quæ exquisitio per causas procedens nihil aliud est, nisi processus à priori, quare resolutio in speculatiuis erit à priori ad post. Secundo arguit ratione. nam liber post. dicitur resolutorius: & cum titulus libri sumatur à re tractata, ergo dicitur liber resolutorius à re, quæ tractatur in hoc lib. sed probatũ fuit res tractatas in lib. post. esse præmissas demonstrationis simpliciter primo & per se, ergo ab his sumitur resolutio scilicet à præmissis demonstrationis simpliciter, quæ constituũt processum à priori ad post. ergo resolutio erit à priori ad post. cum lib. post. dicatur resolutorius in quo tractatur demonstratio absoluta primo & principaliter .3. confirmat hoc autoritate Auer. secundo meta. .11. ubi uult dissolutionem fieri à priori ad posterius, inquit enim Auer. cum posuerimus postremum non esse, & primum esse destruetur scientia definitionum, quæ fit secundũ dissolutionem, ergo dissolutio est à priori ad posterius, addit Quartam rationem quæ uidetur omnium difficillima, sumitur hæc ratio ex uerbis Arist. primo post. cap. 29. in com. Auer. 94. dicit Aristo. ꝙ facilior est & magis certa resolutio mathæmatica ꝙ topica quoniã ad pauciora inuẽtio mathæmatica terminatur ꝙ topica quoniã ad unum genus causæ tantum, ergo si scientiæ mathæmaticæ sunt maxime resolutiuæ. cũ scientiæ mathæmaticæ semper procedunt per demonstrationem simpliciter à priori & nũq; à post. quoniam non utuntur demonstratione quia. quare uera resolutio et maxima erit à causa ad effectum à priori ad posterius. per istas ergo rationes concludit ꝙ resolutio in speculatiuis est à priori ad posterius & hæc est prima conclusio. Ponit secundam conclusionem, ꝙ resolutio rationis, quæ fit in scientijs practicis est à posteriori ad prius, & hanc probat auctoritate Auer. & Aristo. 7. meta. 23. Auer. enim in co. habet dissolutio fit à posteriori perueniendo ad primum principium, & Arist. exemplificat in tex. à posteriori ad prius dicit enim medicus intendens sanitatem dicit si sanitas est introducenda oportet æquare humores, si humores æquandi, ergo euacuandi, & ita semper intelligit dicit Arist. donec utiq; adducat ad hoc, ꝙ ipse ualeat ultimum facere idest donec resoluat ad primum principium & primam cãm per quam possit ultimum facere idest finem qui dicitur ultimus ĩ exequtione primus tamen in intentione

Prima conclu. Zimare. **Prima ratio.** **Secunda rõ.** **Tertia ratio.** **Quarta rõ.** **Secunda conclusio.** **Ratio.**

tentione ex quibus uerbis facile quis intelliget resolutionem ĩ artibus practicis esse à posteriori ad prius, quibus sic declaratis ipse soluit contraditionem, quæ uidetur inter tex. 23. 7. meta. & 11. secundi meta. quando enim Auer. dicit in 7. resolutio fit à post. ad prius, concedo in artibus practicis. quando uero dicit in secundo resolutio fit à priori ad post. cõcedo ĩ sciẽcijs speculatiuis, & sic concordant scripturæ, & hæc responsio acceptatur ab ipso in theo. 60. refutãdo illam quã ipsemet dedit in contradictionibus secundi meta. in tex. 11. quando dicebat ꝙ in .7. loquebatur de resolutione naturæ, quæ fit ab effectu ad causas in secundo meta. loquitur de resolutione rationis. sed quia Auer. in com. 23. 7. meta. habet hæc uerba, ꝙ resolutio fit à posteriori, deueniendo ad primum principium in cognitione, per quæ uerba uidetur, ꝙ loquatur de resolutione in cognitione facta à ratione, & non de resolutione facta à natura. ideo dedit secundam responsionem, quã nuper dixi, per quam positionem uult hic uir, ꝙ liber post. dicitur resolutorius non à resolutione secundum naturam, nec à resolutione rationis, quæ ẽ in artibus operatiuis, quæ ambæ sunt à posteriori ad prius, ab effectu ad causam, Sed dicitur resolutorius à resolutione rationis facta in speculatiuis, quæ est à causa priori ad effectum, & hoc quia in lib. post. docet demonstrationem simpliciter quæ est à causa ad effectum, respectu cuius dicitur hic lib. resolutorius, & hæc positio est etiam ipsius Turisani in primo artis medicinalis in primo tex. Sed nec Turisanus, nec bonus Zimara qui quandoq; dormitat, ueritatem tetigere. nam non est diuersus modus resolutionis in arte speculatiua, factiua & in natura. unus enim est modus resoluendi. uerum non intelligo artes resoluere, sicut naturam, quia natura resoluit in res existentes materialiter et realiter, sed artes resoluunt intentionanaliter & uniuersaliter, sed intelligo, ꝙ resoluunt ad modum naturæ, qui resolutionis modus uocatur. ueræ resolutionis modus, cũ imitetur nãm. hanc cõclusi. intẽdo probare, & primo probo auctoritate Aristo. quam ipsemet adducit. 7. meta. 23. d. n. Arist. ꝙ in omni arte sunt duo motus. motus .s. intelligentiæ, & motus factionis. motus intelligentiæ, est conceptio finis, & ex ipso resoluendo inuestigare medi ĩ quibus inuestigatis, sequitur factio & compositio, & dans modum resoluendi dicit ꝙ intelligentia idest resolutio per intellectionem est processus quidam, donec adducat in hoc, quod ualeat ultimum facere. idest ad causam primã, quæ possit facere ultimum idest finem, qui ultimus dicitur secundo physic. 24. ergo resolutio in artibus est à fine ad causam primam ducentem ad finem, non ergo est à priori ad post. sed scio, ꝙ diceret, ualet hoc in arte factiua, & sic loquitur Arist. ibi sed contra, uolo probare, ꝙ omnis resolutio tam in arte factiua, ꝙ speculatiua est à post. ad primam causam. & primo accipio textũ Arist. 3. ethicorum. 6. ubi declarans, quorum est consultatio, dicit ꝙ est mediorum, & non finis, nam posito fine consilium capimus de medijs, per quæ peruenimus ad finem, & tamdiu quærimus, donec inueniamus primam causam, quæ est ultima in inuentione, et prima ĩ intentione, qui. n. consultat dicit Arist. uidetur quærere, ac resoluere prædicto modo quasi diagramma. sed quia aliquis posset dicere, ergo omnis, ꝓquisitio uel resolutio est consultatio, quæ est in arte factiua tantum, inquit Arist. sed uide tur non omnis perquisitio esse consultatio, sicut cũ mat. aliquid perquirunt, per quæ uerba clare patet Arist. uelle resolutionem omnem esse à post. & à fine, non tantum in arte factiua, in qua resolutio est à fine præcognito ad consultanda uel inuenienda media sed etiã in perquisitione mathæmatica hoc modo est resolutio. modo mathæ. ẽ scientia speculatiua. &

Cõtra Turisanum & Zim. **Contra posi. Zimare**

& tamen perquirit media præconcepto fine; sed
illa perquisitio non est consultatio ut dicit Arist.
Secunda rõ. ibi, & quod hoc sit uerum, arguo rationibus, &
primo in consequentia tali pacto, resolutio à qua
iste liber, scientiæ mathæmaticæ et speculatiuæ
denominantur resolutorie, est resolutio contraria
compositioni, ergo non est resolutio à priori ad
posterius, ut dicit ipse, antecedens est Auerr. in
prologo hoc, quando dicit, est enim analexis con-
traria compositioni, & in com. 93. dicebat, & in
tendit per resolutionem per contrarium, con-
trarium compositioni, consequentiam probo. qa
per te resolutio illa à qua liber post. dicitur reso
lutorius est à priori ad post. à causa ad effectum,
modo hoc est falsum si quidem resolutio contra-
ria compositioni est resolutio à posteriori ad pri-
us, ab effectu ad causam, & Auer. in com. 93. d.
à quæsito in præmissas primas, si quidem compo
sitio est à causis ad effectũ, à præmissis ad quæ-
situm, resolutio contraria illi est, econtrario, quis
enim hoc negaret, quare si resolutio in specula-
tiuis & mathe. est à quæsitis ad cãs. ergo eadẽ
est resolutio in practicis & speculatiuis & non
est à priori ad posterius, ut ipse imaginatur
cum suo Turisano, & in hoc si deesset Auerr.
adduco Arist. qui in primo post. 94. & in cap. 29
habet ꝙ facilior est resolutio mathema. q̃ topi-
ca dat causam, quoniam facilius est inuenire unã
præmissam, & unũ causæ genus, q̃ plures præ
missas, & plures causas, quoniam mathematica
considerat tantum causam formalem, topicus oẽs
causas cuiuscunq; generis, ideo illa facilior. ex
quibus uerbis colligo definitionem resolutionis,
quòd est inuentio causæ à quæsito ad præmissas
primas dicit Auer. in com. 93. & 94. ergo reso
lutio à qua iste liber, & scientiæ mathematicæ
dicuntur resolutoriæ, est resolutio quæsitorum
in præmissas à posteriori ad prius, si quidẽ quæ-
situm est posterius & compositum, præmissæ
uero sunt simplices & priores, ergo non est re-
solutio, à qua denominatur hic libe resolutorius.
resolutio à priori ad post. sed potius econtra ut
patet, sed quia res est difficilis, ut ueritas nobis
enodetur Pono Tertiam rationem si per te re- Tertia ratio.
solutio in speculatiuis esset à causa ad effectum,
ergo esset demonstratio propter quid. siquidem
demonstratio propter quid. procedit à causa ad
propter quid effectus, & hæc consequentia con-
ceditur ab ipso ĩ theor. 6c. ubi inqt, ꝙ rectius Tu
risanus, qui tenet resolutionem esse demõnem
propter quid, q̃ conciliator, qui tenet, ꝙ sit demõ-
stratio quia. Sed ut uideamus, quomodo nec Tu- Conciliauor Differentia octaua.
risanus, nec ipse cognouerunt quid sit resolutio.
Arguo sic Resolutio est à quæsitis ad inuentio-
nem præmissarum primo post. 93. 94. 3. ethyco-
rum. 6. etiam Arist. primo post. 29. cap. sed de-
monstratio non est ad inuentionem præmissarũ,
demonstratio enim procedit à præmissis notis et
concessis quia sunt præcognitæ, ad conclusionem
naturaliter ignotam, Ergo resolutio non est de Quarta rõ.
monstratio, præterea & fortius habet Arist. 3.
ethycorum. 6. et. 7. meta. 23. ꝙ semper motus in-
tellectionis præcedit factionem. oportet enim in
omni arte & scientia prius inuenire media, de-
inde facere uel agere, tunc arguo, Resolutio ẽ
ante demonstrationem. ergo non est demonstra primi post. cap. 29. co. 93. 3. ethy. 6. primo post. 172.
tio. probo antecedens, quia consequentia est no-
ta, nam resolutio est inuẽtio medij. ut patet locis
allegatis, non possumus nos agere, uel compone-
re demonstrationem, nisi prius habeamus mediũ
per resolutionem inuentum, ergo resolutio præ-
cedit demonstrationem, sicuti in arte oportet pri
us resoluere finem im media, deinde componere,
sic in scientia resolutio est præmissarum indaga
tio, quæ præcedit demonstrationem. siquidem
demonstratio præsupponit præmissas notas &
præcognitas, hoc dicebat Them. primo post. cap.
26. resoluere appello, uera cõclusione posita, cãs

ex

ex quibus ẽ, exquirere. ecce resoluere, est inqui-
sitio præmissæ & causæ idest medij. quæ aucto
ritas licet ab ipso adducatur, tamẽ ẽ cõtra ipsum.
ut etiam nouis sacerdotibus ĩ sacris phylosophiæ
patet, habetur enim ex hac auctoritate, ꝙ reso lu
tio est inuestigatio præmissarũ, nõ demõstratio
nõ tendit ad inuestigationẽ præmissarũ sȝ ad in
uestigationẽ quæsitorũ, si quidẽ præmissæ sunt
notæ ut dictũ est. Et quia hic uir semper habuit
Quinta rõ. pro duce Auer. et merito. ideo ex uerbis Auer.
adduco quintã rationem Auer. in quæsit. post.
quæsito. 4. de cõditionibus, quæ requiruntur ad
necessitatem præmissarum demonstrationum,
habet hæc uerba. ❘ ET Hæc est scientia,
cuius proportio ad res naturales est proportio
notitiæ artificiosæ ad res artificiales, & hæc
est notitia, quæ est principium operis apud ipsam
naturam. pro ut notitia artificiosa est principiũ
operis apud ipsam artem, & hoc ẽ quo cõnectun
tur ultima primis, & prima ultimis, & hæc est
sciã, cuius principium cogitationis est finis ope
ris, et principiũ operis est finis cogitationis, &
ĩfra subdit ❘ et illa est res, ob quã Ari. resolutiue
eduxit cõditiones præmissarũ et syllogismorũ,
qui finiuntur ad illa ❘ per quæ uerba, mediocri-
ter quis eruditus ĩ hac arte. uidebit, ꝙ Auer. uult
quòd tam in natura, q̃ in arte, q̃ in scientijs
resolutio est à primo cogitato ad principium ope
ris idest à fine ad media, dicit enim Auer. propor
tio ad res naturales est proportio rei artificiosæ
ad artificiales, & tandem dixit, ꝙ hac resolutio-
ne Arist. usus est in inuestigatione proprietatũ,
præmissarum demonstrationis, ecce in omni arte
& scientia, semper resoluendo, procedimus à
primo cogitato idest à fine ad media ad finem du
centia, hoc modo processit Aristo. in hoc primo
post. ut uidebimus in expositione textuum, præ-
cognito prius fine demonstrationis. s. scire, inue-
stigauit resolutione conditiones demonstrationis
dicens, si scire ẽ ut posuimus necesse est demõ-
strationem esse ex ueris primis etc. ergo bene
Auer. hæc est illa res, ob quam Arist. resolutiue
eduxit conditiones demonstrationis scilicet à fi-
ne sic posito & cognito inuestigare media, mo-
do demonstratio non inuestigat media, ut dixi-
mus, sed accipit, ut notissimum, quare non po-
test esse demonstratio propter quid, si quidem
primo post. cap. 25. demostratio non querit medi-
um, sed conclusionem, quæ est naturaliter ingno
ta, & pro hoc confirmando. adduco auctorita-
tem Auerro. qua meo iuditio quiescit intellectus
Auer. in primo post. com. 172. loquens de præmis
sis demõnis. d. ꝙ si præmissæ demõstratiõis affir
matiuæ cõmostrarẽtur essent quatuor præmissæ,
& sic duplices ẽt fierent præmissæ, donec per-
ueniant ad primas præmissas, ex quo hæc opera-
tio, quæ est resolutio, est demonstrationum mul
tiplicatio, per quam sententiam patet, ꝙ resolu
tio est multiplicatio demonstrationum. donec ad
primam præmissam deueniamus, quæ sit in de-
mostrabilis, qua habita incipit factio & composi
tio. ergo non est demonstratio sed inuentio cau-
sæ, per quam possumus demonstrare, et non in-
telligas est multiplicatio demonstrationum, ergo
est demonstratio, si quidem illæ nõ sunt ueræ de
monstrationes, quæ procedunt ex causis, quæ
possunt demonstrari primo post. 10. sed Auerro.
exponit est multiplicatio demonstrationum, q̃tũ
ad præmissas, usq; quo inueniamus priman præ
missam, qua habita cessat resolutio, & incipit
factio, sed demonstratio propter quid (bone Zi-
mare) non inuenit præmissam, sed quæsitum,
sed ut nihil in hac materia, intactum relinquatur
ex doctrina Auer. affero aliam aucto. Auerro.
quæ est conclusio omniũ dictorum, Auer noster,
in tractatu de rethorica demonstratiua habet or-
do uero est duarum specierum, quarũ una est or-
do qui est secundum naturam, qui est dum incipi-

mus

mus à simplici ad compositum, secunda autem est quando incipimus à leuiori & diuulgatiori, dũ fuerit hoc possibile, sicut incipimus in arte geometriæ à corpore, deinde procedimus ad superficiem, postea ad lineam, et hanc intrat doctrina, quæ dicitur resolutio definitionis, quis enim eẽt ita mente captus, qui non concederet resolutionẽ esse à posteriori à leuiori notiori ad causas inuestigandas. ut exemplificat Auer. processus uero à simplici ad compositum nõ est resolutio. sed compositio. huic propositioni Auer. addo aliam. sed demonstratio propter quid procedit à simplici ad compositum, à causa, quæ est simplex ad effectum compositum, ergo non potest esse resolutio, quæ est à quæsito composito ad præmissarum inuestigationem, primo post. 93. & . 94. à corpore dicit Auer. ad superficiem, semper à composito ad simplex, à superficie ad lineam, donec deueniamus ad primum, dicebat in primo post. 172. quare iste uir non uidens auctoritates Auer. lapsus est cum suo monaco Turisano, sed ut uideamus qualiter his uiris non tantum Auer. contrarius est, sed oẽs boni peripa. adduco auct. forte ad huc à nullo adductam, quæ est Alexandri aphrodisiensis, cui non minor fides q̃ Auer. adhibenda est. si quidem nullus dicebatur olim peripa. nisi Alexandreus, quæ auctoritas locum est in Auer. nostra memoria, nam nemo peripateticus nisi Auerroista, habet Alexand. in primo lib. suarum naturalium quest. cap. primo uolens probare, ꝙ datur unum primum principiũ immobile, dicit quia si nõ, processus esset in infinitum ergo oportet ꝙ sit aliquod primum inmobile separatum, & dicit ipse ꝙ hæc ostensio uel monstratio est per resolutionem, dat causam, quare per resolutionem, impossibile est enim dicit ipse primi principij demonstrationem esse per quæ patet quomodo Alexand. facit differentiã inter resolutionem & demonstrationem, & per

Auct. Alex.

demonstrationem intelligit propter quid, quia apud ipsum demonstratio quia, non est demõstratio, sed coniecturalis syllogismus. quomodo ergo isti sic allucinati sunt, dicendo resolutionem esse demonstrationem propter quid, & fortius Alexander declarans quid est resoluere, dicit cum à posterioribus & manifestis inceperimus per cõuenientiam cum his resolutione utentes, illius naturam constituisse, quæ uerba fuere excepta ab Auer. in cap. de rectorica demonstra. ut dixi, quare patet resolutionẽ esse à posteriori & manifestiori ꝙ Auer. dicebat à diuulgatiori, ad cõstituendam naturã idest quiditatem causam propriam illius, qua habita, non amplius quæramus & hoc in speculatiuis quia exemplificat de primo motore. ergo per omnia hæc uerba patet non esse demonstrationem propter quid resolutionẽ, cum sint processus oppositi, quare nec hi uiri sectati sunt Arist. ut debebant nec Auerro. aut Alexandrum & Themist. quorum expositione uti debemus, sed oportet soluere rationes eorum, quæ uidebantur probare propositũ intentum ne uideatur habere aliquã efficatiam apud aliquos praue dispositos. Prima ratio sua fundatur super auctoritatem Them. in primo post. cap 26. quam meo iuditio non oportet soluere. si quidem illa auctoritas est contra ipsum, definit Them. ueram resolutionem in scientijs speculatiuis & in mathema. & dicit resolutio est uera conclusione posita, causas, ex quibus est exquirere. modo primo post. 5. cap. conclusio est effectus, causæ sunt priores, ergo resolutio est à cõclusione, quæ est effectus ad inuestigationem causæ. ergo non est demonstratio propter quid, si quidem ipsa non inuestigat causas, sed præsupponit. ad Secundam rationem dico, ꝙ scientia demonstrationis nõ propter quid (ut ipse male sentit) sed scientia demonstrationis simpliciter dicitur resolutoria, non quia procedit à causa

Solutio primæ rationis.

Slutio secundæ

ad

ad effectum, sed quia medium uel causa per quã habetur scientia demonstratiua. est ultimo inuẽta per resolutionẽ. ut Auer. dixit. 4. quæsito posteriorist. et sic nõ dicitur resolutiua, quia procedit à causa ad effectum, nam hic est processus cõpositiuus, sed dicitur resolutiua talis scientia, & per consequens talis liber denominatur resolutorius à resolutione facta circa inuentionem medij, quæ est ante demonstrationem. Ad tertiam rationẽ, quæ sumitur ex auctoritate Auer. secundo metaphysices. 11. dico ꝙ per dissolutionem Auer. intelligit diuisionem, & non resolutionem. declarat enim uerbum Ari positũ in tex. ꝙ nõ est possibile cognoscere infinita, sed oportet deuenire ad ultimas species, dicit Auer. nã si posuerimus postremum non esse .i. ultimum & primum sic, destruetur scientia definitionum, quæ est secundum dissolutionem. idest diuisionem. si quidem diuisio incipit à primo genere usq; ad ultimas differentias & species, quia non datur processus ĩ infinitũ, & hæc ẽ una uia inuestigãdi definitionẽ. s. per diuisionẽ primi generis usq; ad ultimas differentias, & ꝙ hoc sit uerum, uide q̃ ibimet. postea loqtur de alia uia inuestigandi definitionẽ. s. de compositione, & hæc est uera mens Auer. Erat ultima rõ ipsius, scientiæ matema. sunt maxime resolutiuæ, et tamen nũq; procedũt à posteriori ad prius. ergo resolutio nõ est à posteriori ad prius sed econtra. respondeo ꝙ resolutio non est aliqua species demõstrationis ut infra declarabo. non enim est demonstratio quia, nam demonstratio quia præsupponit medium notum & præmissam notam, sed resolutio tendit ad inuestigationem medij, & præmissæ, sed procedit à conclusione uel quæsito concesso ad medij inuestigationem & sic matema. procedit à posteriori idest à quæsito sic posito & concesso, ad inuestigationem medij et præmissæ. sed per hunc processum resolutiuum, non procedit

Solutio tertiæ.

Solutio. 4.

sicuti demonstratio quia. ut ipse imaginatur præsupponit enim mathematicus, triangulum habere treis. sed uult per resolutionem inuestigare indagare præmissam, huius quæsiti. non per demonstrationem quia, tunc ad punctũ argumenti, mathematicus nunq; procedit à posteriori ad prius. concedo tanq; per demonstrationem quia. sed nego tanq; per resolutionem, quia dicebat Auer. in tractatu de rethorica demonstratiua, procedit geometra à corpore ad superficiem, & à superficie ad lineam, & hanc intrat doctrina, quæ dicitur resolutio dicit Auer. patet ergo, qualiter rationes istius uiri sunt nullæ, et hĩc oritur alia opinio contraria, quæ dicit resolutionem esse demõstrationem quia, & originatur hæc opinio ex supra adductis rationibus, nam si resolutio est à posteriori ad prius. cum demonstratio quia sit huiusmodi, ergo est resolutio, hanc eorum opinionem probant aucto. Arist. supra dicta: 7. meta. 23. q dicit resolutionem esse à fine ad causas & media ad finem ducentia. ut à sanitate ad causas sanitatis. ꝙ Auer. explicauit primo post. 93. esse à quæsito ad præmissas, quæ sunt causæ: ergo resolutio est ab effectu ad cãm, qui processus est demonstratio quia, hoc uidetur etiam significare auctoritas Them. & Alex. cũ dicunt resolutionem esse à notioribus & euidentioribus ad inuestigationem causæ, modo demonstratio quia procedit ex nobis notioribus & euidentioribus ad causæ inuestigationem, ergo est resolutio, hæ sunt rationes istius opinionis, immo omnes rationes & auctoritates, quas adduximus contra Zimaram, sunt probantes hanc positionem, sed ne iddem repetamus cõsulto omisimus, Sed hæc positio est ad huc falsa. nam resolutio non est aliqua demonstrationis species, nec quia, nec simpliciter, nec propter quid, quòd non sit demonstratio propter quid, iam fuit probatum, quòd uero non sit demonstratio quia

Opĩ. cõciliatoris diff. 8.

Cõtra concilia.

G paucis

paucis uerbis demostro, & primo nam dictum est ab Auerro. & Arist. sexcentis fere in locis quod demõtio oĩs tẽdit ad quæsitũ nãliter ignotum

Prima ratio. dicebat Auer. primo com. secundi post. quæsita sunt etc. post demõstrationẽ, si quæsitũ est propter quid demonstratio tendens ad illud, erit demonstratio causæ, si quæsitum erit si est, demonstratio erit quia, tunc sic. demonstratio omnis tẽdit ad quæsitum, & incipit à præmissis notis, ergo demonstratio non est resolutio, probatur cõsequentia, si quidem primo post. 93. Them. cap. 26. eiusdem, resolutio est à quæsito ad præmissas ad inuentionem medij modo in demonstratione quia medium est notum, & non inuestigatur. quare non potest esse nullo modo resolutio, secun

Secunda rõ. do & fortius, adduco tex: Arist. & Auer. supra allegatos. 3. ethi. 6. et quæsito. 4. post. in quibus locis hæ Ari. & suus fidus Auer. quod resolutio tam i arte quàm in sciã ẽ illa, in qua primũ i cognitione ẽ finis operis, et principiũ operis ẽ finis cogitationis, dat exẽplũ Ari. primũ i cogitatione medici ẽ sanitas, et tamẽ ultimo producitur, et ẽ finis actionis medici, et principiũ operis, exẽplũ cã scirupi uel medela sunt cãe, quæ fuerunt ultimo inuentæ per resolutionẽ, unde pro hoc clare, ut dixi. 7. meta. 23. ubi Ari. ponit duos motus motũ intelligentiæ, quod est per resolutionẽ à fine resoluẽdo ad media ad ultimã causam, qua inuenta sequitur alter motus, qui dicitur factio & compositio. ex his uerbis colligo rationem meo iudicio non patiẽtem glosam, sicut resolutio in arte præcedit factionem in artificialibus. quia oportet prius medicum, resoluere à fine ad inuentionem causarum ducentium ad finem dicit Aristo. deinde operari & agere, sic & resolutio in scientia facta, debet præcedere factionem & compositionem. debet enim prius scientificus per resolutionem inuenire medium, quo inuento, ex illo debet postea agere demõstrationem. quare resolutio ante demonstraticnem est, similitudo, sicut se habet in arte, sic in scientia: est Auerro. quæsito .4. post. quòd uera resolutio sit ante factionem est Aristo. 7. metaphysi. 23. 3. ethicorum .6. quòd resolutio tam in arte quàm in mtematicis est ante factionem, quare patet per istam rationem, demonstrationem quia immo omnem demonstra-

Pulcra istãtia. tionem. non posse esse resolutionem, cum resolutio præcedat, ipsam. sed hic instaret aliquis. dictum est supra contra Primam positionem, resolutionem esse à quæsito ad inuentionem præmissæ & causæ ut patet primo posteriorum. 172 & Alexander etiam loco allegato, & Auerro. in cap. de retho. demonstratiua, sed demonstratio quia procedit à quæsito ab effectu ad inuentionẽ causæ, si quidem demõ quia tendit ad causam ingnotam, ergo est resolutio.

Solutio Respondeo quod uerũ est resolutionem procedere à quæsito à cõclusione. d. Them. ad inuentionẽ præmissæ, quæ præmissa potest significare effectũ uel causam, ut declarabimus infra, sed demonstratio qa non procedit à conclusione. ad præmissam sed procedit à præmissa ad conclusionẽ, procedit enim ab effectu. tanq̃ à medio uel à præmissa, ad causam tanq̃ ad conclusionem, & non tanq̃ ad medium & inuentionẽ præmissæ. sed tanq̃ ad inuentionem quæsiti. & conclusionis quod est proprium demonstrationis. sed resolutionis proprium est inuestigare medium uel præmissam, siue causam siue effectum. ut infra uidebimus. & sic patet solutio, et quomõ nõ põt eẽ resolutio, demõ quia, addunt aliqui hic tertiam rationem contra hanc positionem. si resolutio esset demonstratio quia. ergo hic liber diceretur resolutorius ab ista demonstratione quia, quæ per te est resolutio, sed hoc est falsum, nam perfectior est demonstratio simpliciter uel propter quid quàm quia ergo ab illa fieret denominatio probatur quia à fine debet sumi deonominatio rei qui finis

est

est perfectior, & cum demonstratio simpliciter sit motus compositiõis, quia procedit à causis primis etc. ad effectum, ergo potius liber diceretur compositiuus, quàm resolutiuus possent hic adduci aliæ rationes contra hanc positionem, quæ quia notæ erunt in positione Auerro. Ideo ipsam

Põ Arist. & Auer. Them. & Alex. aggrediamur, Quæsitum fuit, unde est quòd liber priorum & post. dicitur resolutorius, & quæ sit resolutio, pro cuius quæsiti ueritate, sunt aliqua præscienda primum, quod scientiam dici resolutiuam in doctrina peripatetica inuenitur duobus modis. uno modo dicitur scientia resolutiua. quia res, quæ in illa scientia tractantur, fuerunt inuentæ ordine resolutiuo, & hoc modo dicebat Aristo. 3. ethico. 6. & 7. metaphisices. 23. artes dicuntur resolutiuæ, quoniam res, de quibus tractat fuerunt ordine resolutiuo ĩuestigatæ. hunc ordinem obseruauit ĩ primo physicorum Aristo. qui proposita intentione & fine in primo tex. s. scĩa rerum sensibilium, inuestigauit res tractandis ordine resolutiuo, hunc ordinem etiam Aristoteles seruauit in primo priorum ut patet in primo cap. qui proposito fine scilicet demonstratione, dixit oportere prius loqui de syllogismo. cum illa sine ipso haberi non possit, tandem de propositione & termino. secundo modo, dicitur scientia resolutiua à medio uel ab instrumento, quo illa scientia rerum acquiritur, quod medium fuit per resolutionem inuentum. ut si scientia rerum naturalium acquireretur aliquibus medijs. quæ media fuere nota nobis & inuenta resolulione, illa scientia diceretur resolutoria, & hoc modo dicebat Auerroes quæsito .4. posterio. & hic est illa res ob quam Aristoteles resolutiue eduxit conditiones præmissarum demonstrationis, quia tales conditiones mediorum fuere resolutione inuentæ. uerum isti duo resolutionis modi, quauis conueniant quòd uterq; procedit ordine contrario compositioni naturæ, scilicet ex fine præcognito resoluendo in media, quæ ducunt ad finem. tamen differunt. quia per primum modum omnis scientia dicitur resolutiua. & etiam ars, quoniam res, quæ tractantur in scientia, fuerunt inuentæ in prohemio ordine resolutiuo. sed secũdo resolutionis modo, tantum scientia demonstrationis simpliciter erit resolutiua: quoniam medium in tali demonstratione erit tantum uera resolutione inuentum, nos autem loquimur hic de secundo resolutionis modo, secundum quod est sciendum, iam fuit supra declaratum, quod resolutio est duplex quædã facta à natura, quæ potius dicitur corruptio, quædam facta ab arte, & scientia, quæ est cum cognitione. de qua nos loquimur, uerum hæc bipartitur ut Auerro. com. 93. huius habet quædam est resolutio uera. & quædam non uera, uera ut supradictum fuit imitatur naturã, et ẽ cõtraria cõpositioni naturæ, nõ uera nõ imitatur naturam. & est similis compositioni naturæ sicuti enim natura componit effectum ex causis. ita resolutio non uera, resoluit causas in effectũ. & incipit à causis ad effectum, sicuti compositio in natura, & ideo dicitur non uera resolutio, ut supra declaraui, uerum istæ duæ species resolutionis differunt etiam ratione scientiæ, nam resolutione uera tantũ utũtur sciæ simpliciter et mate. p°. post. 94. et. 4. q̃sito post. ponunt .n. hæ sciæ cõclusionẽ pro fine. et inquirunt primã cã, medium, resolutione, quod ducat ad scientia talis finis. ut Alex. & Them. dicebant. secnuda uero resolutionis specie utitur tantũ demonstratio qa, quæ ponit cã eẽ pro conclusione. et inqrit resoluẽdo cã ĩ effectũ primũ, tanq̃ ĩ mediũ, ex quo habeat cognoscere esse cãæ. et iõ hæc resolutio. dicitur eẽ tantũ indemõne qa. Ex his oĩbus pono cõclusiões aliquas ad principale quæsitũ, prima, liber prioorũ et post. non dicuntur resolutorij à scĩa rerũ ordine resollutiuo inuẽtarũ. sȝ dicũtur

isti libri resolutorij à fine, qui finis est scientia: quæ fuit acquisita instrumēto uel medio inuento resolutione, uerum ex hac infero Secundam cō clusionem. ꝙ hæc resolutio à qua liber priorum & post. dicuntur resolutorij est resolutio uera quæ fit modo naturæ, & est illa quæ tantum fit i scientijs speculatiuis, et in demōne simpliciter. Tertia conclusio, resolutio rationis non uera fit in scientijs speculatiuis & artibus omnibus, & ab hac non dicuntur hi libri resolutorij, his enim declaratis patebit mens Aristo. & Auer. Quo ad primam conclusionem, ꝙ liber priorum & post. dicuntur resolutorij. quia finis eorum fuit acquisitus medio per resolutionem inuento, licet hæc conclusio contra Zimaram fuit probata, tamen quia lucidissimus Them. in .3. physicorum super tex. 15. iubet aliqua esse repetenda non modo iterum sed ter & quater. & si libuerit etiā sæpius. ut difficultates saltim frequenti tractatu assequamur. ideo sectans Themistij præceptum, quia res ad modum est difficilis hanc probabo cō clusionem. nam si isti libri dicerentur resolutiui à rebus, quæ docentur inuētis ordine resolutiuo, omnes fere libri Aristo. dicerentur resolutiui in quibus seruauit hunc ordinem ex fine præposito inuenire res tractandas, sicut fecit in primo physicorum similiter in lib. de cælo in lib. de aīa & fere in omnibus. quia .3. ethy. 6. omnis ars ex fine præcognito habet inuenire ea, quæ debet tractare, & licet hunc ordinem seruauit etiā in lib. priorum & post. ex fine præcognito inuenisset res tractandas in primo priorum primo, tamen nō ob hoc debent dici resolutiui quia etiam alii libri dicerētur resolutiui in quibus seruauit hūc ordinem. sed Arist. hoc fecit ibi, ut seruaret morem suum ordinatū in procedendo à fine ad inuentionem rerum docendarum ut præcepit ipse .3. ethi. loco allegato, nos autem quærimus quare hi libri tantum dicuntur resolutorij, ex quo declaro secundam conclusionem, hos libros dici resolutorios à resolutione uera, quæ imitatur naturæ modum, hoc declaratur, nam Auer. in hoc prologo declarans titulum huius libri, inquit, est enim analexis resolutio contraria compositioni modo cōpositio e à causis ad effectum, ergo resolutio à qua hi libri dicuntur resolutorij est ab effectu ad causas, ꝙ Auer. declarauit primo post. 93. in quiens ꝙ uerax resolutio est contraria compositioni naturaliter. ergo resolutio uera est à quæsito ad præmissas, & hæc est resolutio modum naturæ immitās. quæ tantum habet fieri in scientijs speculatiuis non autem in scientijs practicis. hoc probatur, nam cum talis resolutio attendatur tantū in demōne simpliciter, qua non utūtur sciētiæ practicæ, sed tantum speculatiuæ, merito illa non erit in scientijs practicis sed speculatiuis, resolutionem autem ueram quæ imitatur naturam fieri tantum in demonstratione simpliciter nō ī demonstratione quia, nec propter quid, probatur, nā dictum est auctoritate Auer. primo post. 93. & 94. & 172. & alibi. ꝙ resolutio uera. est inuētio medij & præmissæ, quæ continet causam. cui auctoritati pro maiori, addo minorem, sed tātum in demonstratione simpliciter inuenitur medium tali resolutione. ergo tantum in ipsa fit resolutio hoc modo, minorem probo, nam hæc resolutio non fit in inuestigando medium demonstrationis quia, si quidem primo post. 95. medium in demonstratione quia est effectus proprius. ut declarauit Arist. primo post. cap. 30. sed per resolutionem ueram ad modum naturæ. non inuenitur effectus, sed causa ut dictum est, ergo in demonstratione quia, nō fit talis resolutio, dices ergo fit in demonstratione propter quid in qua cā rei inuenitur. dico ꝙ nec in demonstratione propter quid, nam licet medium sit causa, tamen notificatur inuenitur demonstratione quia ex effectu ut declarauit Auer. primo post. 75. 8. physi. 53. & se

& secundo cœli. 35. cum ergo medium in tali demonstratione reperiatur ex effectu demonstratione quia, ergo non per resolutionem. si quidē probatum fuit supra resolutionem non esse aliquam speciem demonstrationis, quare non attenditur hæc resolutio in demonstratione propter quid, nec quia, ergo tantum in demonstratione simpliciter, cum non sit alia species præter illas, ex quibus uerbis patet secunda conclusio resolutionem uerā quæ est medij inuentio & propriæ causæ non fieri nisi in demonstratione simpliciter quam resolutionem docuit Arist. primo post. cap. 39. ubi posuit terminum à quo incipit resolutio. & terminum ad quem desinit, dixit enim incipere à quæsito & terminari ad causam ultimā in inuētione. qua habita non oportet amplius quærere exempli .g. quærimus cur uenit sortes. hoc est quæsitum, à quo incipit resolutio ponimus uel topice concedimus sortem uenisse. uolumus inquirere causam uel medium. quare uenit et dicimus ut accipiat argentum. ultra resoluēdo quero. cur ut accipiat argentum. do causam ut reddat cui debet. iterum quæro, quare hoc ut non iniuste agat & sic semper resoluendo posteriora in priora donec inueniamus ultimam causam in quæstione non habentem aliam causam, per quam ualeamus quærere, & non causam ultimam in esse, ut declarat Auer. per quam belle secūdo phy. 38. quare resolutio naturam sectans erit inuentio medij quod est causa propria in demonstratione simpliciter, qua habita cessat inquisitio hoc etiam declarauit Aristo. secundo post. cap. 8. dicens, nos nūq̄ quiescere in quærendo, donec causam ultimam quæramus, qua habita, non amplius quærimus, dat exemplum Arist. supposito, lumen deficere in luna. quærimus causam, scilicet interpositionem. qua habita inuestigamus, si illa causa est demonstrabilis uel ne, si est demonstrabilis, quærimus aliam, donec deueniamus ad ultimam cām in resolutione idest ad causam propriam & uniuersalem, dicebat Arist. qua habita, cessat omnis resolutio, ut declarauit cap. 39. huius primi post. cum uero hæc causa propria et prima quæ conuertitur cum effectu sit causa formalis primo post. 11. 35. 12. meta. 16. secundo post, 58. & .67. quæ causa formalis est medium, tantum ī demōstratione simpliciter .2. post. 56. merito demonstratiue sequitur resolutionem uerā tantum attēdi in demonstratione simpliciter si quidem, resolutio cum sit inuentio propriæ causæ & uniuersalis, quæ solum est causa formalis ingrediens demonstrationem absolutam, demonstrationem uero propter quid non ingreditur causa formalis primo post. 35. sed efficiens finalis & materia, ut supra declaraui, quare sequitur conclusio uera de mente Aristo. resolutionem ueram tatum attendi in scientijs speculatiuis, quæ utuntur demonstratione absoluta. ex qua conclusione sic declarata, patet aliud supra à me probatum, resolutionem non esse demonstrationem, nam per dicta, clarum est resolutionem eē primo medij quæstionem, & secundo eius inuentionem, modo demonstratio non inuenit medium, sed præsupponit, ut declaratum est, prius enim est resolutio, postea demonstratio sicuti prius resolutio in arte, postea factio, uerum hæc resolutio: cum non sit demonstratio sumet potius rationem syllogismi suppositorij uel hipotetici, non enim assero esse illos sed habet modum illorum procedit enim resolutio uera ex effectu posito uel concesso ad inuestigationem causæ, ut Them. dicebat uera cō clusione posita causas exquirere, & Arist. dicit posito lunā deficere q̄ rere cām, ē per modū syllogismi hipote. uel suppositorij, qui procedit à cō cesso & posito ab aliquo & probabiliter cognito, ad causam eius, ex quibus dictis p3. alia pars conclusionis .s. lib. post. & pri. utrumq; dici resolutorium à tali resolutione sic declarata, à resolutione

solutione inq., quæ est contra compositionem, ut dixit Auer. in magna com. lib. priorum, quæ ad nostras manus hactenus non peruenit magno nostro detrimento, sed de bellis hoc potissimum cõquerendum est Quòd solent esse incausa ut huiusmodi scriptis careamus. sed Auer. declarauit hoc etiam in com. 93. huius, quod est resolutio cõtraria compositioni naturaliter, quæ resolutio cum in demonstratione simpliciter obseruetur, quæ demõstratio habet agenerare perfectã sciẽtiã, tanq; finem, merito dicitur uterq; liber & priorum & post. resolutorius ratione finis, quia scientia demonstratiua agenerata fuit demonstratione simpliciter, i qua causa uel medium fuit resolutione inuentum, & causa est, si quidem secundo de anima. 49. à fine sumitur rei nomen, & secundo physicorum. 91. natura suas res à fine ordinat, similiter & scientia, cum imitetur naturam, debet ordinare res à fine, quia finis. s. scientia uera acquisita fuit per demonstrationẽ simpliciter, in qua mediũ est inuentũ resolutione, idõ à fine uterq; lib. resolutorius denominatur. his enodatis patent Auer. dicta. primo .d. hunc librũ inscribi de demonstratione. & hoc quo ad rem tractatam. si quidem titulus libri sumitur à re tractata, secundo quando dicit inscribi resolutorium. hoc est quo ad modum tractandi & nõ solũ rõe finis. si quidẽ demõtio, quæ hic tractatur, quæ primo & per se est demonstratio absoluta, eius medium inuestigatur resolutione, ideo dicitur resolutorius hic liber ratione medij demonstrationis, quod resolutione inuenitur, et hæc est expositio, quæ à nullo fuit tacta. & uidetur conciliare Auer. dicta, quæ uidentur esse diuersa, dicendo esse de demonstratione, & de resolutione libri titulum, licet alij dixerint titulum esse de demonstratione. tanq; de nomine libri. quando uero Auer. dicit librum dici resolutorium, hoc est quũ ad cognomen libri. hoc non uidetur esse

A fine denominat resolutorij?

ex mente Aristo. si quidem nullibi reperitur in doctrina Arist. esse nomen libri et cognomen, ita ut posuerit Arist. nomen & cognomen, sed semper sumpsit titulum à re tractata, iõ melius discendum uidetur librum de demonstratione inscribi tanq; de re tractata, resolutorium uero quo ad modum tractandi, quia demõstratio uel eius præmissæ & medium resolutione inuenitur, quis uterq; liber & priorum & post. ab una resolutione, ratione finis resolutorij denominentur & ratione rei tractatæ, quia unamet res tractata in utroq; sed alij dixere, quod liber melius dicitur de resolutione demonstratiua. sed textus Auer. & cõmuniter apud oẽs aliter reperitur titulus. ideo nostra expositio pace omnium uidetur magis cõsona ueritati. patet ergo secunda conclusio, quæ sit resolutio, et à qua resolutiõe denominetur hic liber resolutorius. Ex quibus iam declaratis. patet error illorum, qui dixere duplicem esse, resolutionem. formalem scilicet & materialem resolutionem formalem dicunt esse illam, qua forma syllogismi resoluitur in præmissas suas, materialem uero qua demonstratio resoluitur in præmissas demõstratiuas. Hæc enim dicitur materialis, quia resoluitur demonstratio in præmissas. quæ habent rationem materiæ, illa dicitur formalis, quia resoluitur forma syllogistica in suas præmissas. ex quo dicunt isti, cum prius sit à quo non conuertitur subsistendi consequentia. cũ forma syllogismi sit prior demostratione primo priorum. 5. ergo resolutio syllogismi in præmissas, dicitur prior q; resolutio demonstrationis in præmissas suas, si quidẽ hæc dicetur posterior, uti demonstratio est posterior syllogismo. exquibus inferunt librum priorum & post. dici resolutorium, uerum liber priorum dicitur resolutorius à resolutione priori, quæ est secundum formam, liber uero hic dicitur resolutorius à resolutione posteriori, quæ est secundum materiam,

Cõtra latinos. de resolutione formali.

quæ

quæ omnia sunt præter intentionem Aristo. & Auer. nullibi enim inuenitur ab Arist. quod forma resoluatur, cum resolutio uera sit rei in partes exquibus est composita, modo forma est simplex non composita, ut patet ab auctore sex principiorum, ergo non resoluitur præterea Aristo. & omnes boni peri. dixere formam corrumpi. quando compositum resoluitur, separatio enim formæ est corruptio formæ. 4. phy. 17. & 18. ideo non possumus peripat. dicere, quod forma resoluatur, & ut arguamus contra illam positionẽ, probo quod ista resolutio formalis idest in qua resoluitur forma, non detur, quia per te est resolutio formalis, in qua resoluitur forma syllogistica in præmissas, arguo sic, omnis motus accipit denominationem à termino ad quem. 5. physi. 9. si in hac resolutiõe termini ad quos terminatur hæc resolutio sunt præmissæ syllogismi, quæ præmissæ ut omnes cõcedunt habẽt rationem materiæ respectu syllogismi, ergo ista dicetur resolutio potius materialis q; formalis. cum resoluatur in præmissas, quæ sunt materiæ syllogismi. sicuti dicitur resolutio demonstratiõis in præmissas materialis per te, quia resoluitur i præmissas, quæ sunt materiæ, præterea hoc est contra decreta Auer. in hoc prologo cum dixerit Aristo. utrumq; librum eodem inscripsisse nomine. ergo eadem resolutione, quod ipse declarans dixit, iam autem diximus in lib. priorum, quid sit significatũ analexis. quare unica resolutiõe uoluit Auer. inscribendum esse librum priorum & post. non ergo datur una resolutio prior, reliqua posterior, præterea si ista diceretur resolutio, posterior quia docet resoluere syllogismum demonstratiuum in præmissas suas, quæ sunt materiæ, ergo eodem pacto diceretur liber top. & elencorum resolutorij resolutione posteriori. si quidem docet tales syllogismos resoluere in præmissas suas, quæ sunt materiæ quare dicamus. quod ab unamet resolutione uterq; liber dicitur resolutorius. tum quia eadem est intentio in utroq; iddem finis eadem res totalis tractata. quare una inscriptio, si quidem unus est liber ut declaratum fuit, Nec tamen uolo præterire quod aliqui addunt unam rationem contra hanc positionem quam putant demonstrare, & sumitur ex uerbis Auer. in quæsitis log. cap. de definitione termini inquit Auer. exponens illud uerbum positum in definitione termini (in quem resoluitur propositio) quia id in quod res resoluitur per se, est id, quod potest inueniri solum per se absq; re, in quam resoluitur res per se, et est illud i quod resoluitur. dat exemplum corpus resoluitur in elementa per se. cum possint elementa per se inueniri sine eo. sed per accidens resoluitur in formam, quia nequit esse forma sine composito. tunc ex hoc arguunt aliqui, ergo non datur resolutio formalis, quia forma non potest per se esse absq; composito, nam resoluitur aliquod in partes permanentes, q; uis hæc ratio usq; ad hæc tempora fuit habita pro demonstratione contra hanc opinionem, tamen si perspexerimus ueritatẽ nullius est momẽti. si quidem non dicit illa opinio quod detur resolutio formalis. ac si resoluatur syllogismus in formam, si. n. hoc concederet, argumentum haberet robur. sed uult quod sit resolutio formalis, quia syllogismus quæ est forma demonstrationis resoluitur. & non quod ad formam fiat resolutitio. sed quod à forma syllogistica fiat resolutio ad præmissas, & sic fit ad partes permanentes si quidem præmissæ permanent per se, absq; quod sint in figura & ordine. et sic hæc uerba sunt pro hac opinione. ideo illã reprobabis rationibus supra adductis, quæ uidetur militare, uolui autem hoc declarare: ut nihil amplius desideretur in hoc quæsito disputando, sed hic insurgeret aliquis nouus sacerdos in doctrina Aristo. si declaratum fuit ab unamet resolutione utrumq; librum dici resolutorium unde est, quod ille

Dubitatio.

dicitur

dicitur liber priorum hic poste. uidetur ergo, ꝙ sint duæ resolutiones, una prior, reliqua posterior, respondeo ꝙ unamet resolutiōe dicitur resolutorij. uerum illæ dicitur priorum ut declarauit Arist. primo priorū. 5. quia tractat de forma syllogismi, quæ est prior & uniuersalior demōstratione, oĩs .n. demonstratio est syllogismus. sed nō conuertitur, & quia uniuersalia in doctrina semper præcedunt primo phy. 4. ideo ille dicitur liber priorum, cum de re priori & uniuersaliori pertractet hic uero posteriorum cum de re posteriori per tractet, si quidem de præmissis demonstrationis. tamen uterq; liber dicitur resolutorius ab unamet resolutione, non dicitur autem liber top. & elencorum posteriores, quia lib. priorum primo et per se fuit ordinatus gratia demonstratiuæ disciplinæ, ideo ille priorum. respectu illius, ad quem per se ordinatur. qui est liber in quo de instrumento agitur faciente demonstratiuam disciplinam, ut supra fuit declaratum, nec dicuntur resolutorij, si quidem Arist. in illis non utitur resolutione aliqua, patet ergo quare dicuntur resolutorij & quare nominantur priorum & post.

Solutio.

Sed hic dubitat Philop. cum Arist. in libro priorum doceat componendi modum ipsius syllogismi in modo & figura, similiter in lib. post. docet modum componendi demonstrationem, ex ueris præmissis primis etc. unde est, ꝙ potius resolutiuus nuncupatur ab Arist. ꝙ compositiuus, addūt aliqui rationem, quia titulus libri debet sumi à perfectiori. modo compositio est perfectior resolutione. si quidem compositio est motus ad esse resolutio est motus ad non esse, motus autem ad esse perfectior est motu ad non esse. Ad hanc dubitationem aliqui dixerunt. ꝙ potius iste liber dicitur resolutorius ꝙ compo. quoniam resolutio est ab arte, compositio uero est innata à natura. idiota enim componit syllogismū ex natura, sed nescit resoluere syllogismum ĩ præmissas maiorem & minorem. modo ab his, quæ sunt secundum artem. debet fieri denominatio, ideo potius resolutorius ꝙ compo. nūcupatur, sed hæc respōsio non soluit dubitationem, si quidem componere & resoluere sunt relatiua, quæ de necessitate simul sunt & cognoscuntur. ita ut qui scit cōponere de necessitate sciat resoluere, præterea, nunq; potest aliquis scire cōponere nisi prius sciuerit resoluere. si quidem resolutio est prior natura, compositione. quare cū prius sit cognoscenda, oportet prius cognoscere & scire resoluere ꝙ componere. & maxime cum resolutio sit ad inuentionem medij, à quo sequitur deinceps compositio, quomodo igitur sciet cōponere, nisi prius habuerit medium per resolutionem inuentum. si uero inquis. idiota componit & syllozizat, & tamen nescit resoluere dico, ꝙ ille syllozizat & componit ex natura, non ex arte. sed nos loquimur de compositione & resolutione secundum artem. in qua quidem compositione impossibile ē aliquem ipsam scire, quin prius cognouerit medium per resolutionē, Ex quo sequatur postea cōpositio. ideo alij dixere, ꝙ cum resolutio sit prior natura compositione. nam compositio non est nisi eorum, quæ fuerūt prius per resolutionem inuenta ideo dicitur resolutorius, quia denominatio fit à priori natura & cōmuniori, sed nec responsio hæc satis facit, si quidem non reperitur in doctrina peripa. ꝙ denominatio fiat à priori natura & à communiori. sed denominatio fit à fine ex quo insurgit ratio fortissima contra hanc responsionem. si per dicta, resolutio est prior natura compositione, & ordinatur resolutio, ut inde componamus. ergo finis resolutionis est compositio. quare cum à fine sumatur rei denominatio, potius compositiuus, ꝙ resolutiuus dicendus uidetur, ideo omissis aliorum respo. dicamus, ꝙ cum in doctrina Arist. compositio demonstrationis. uel præmissæ ingredientis demōstrationem, & aliam

Improbatio. Dubitatio. Philop. Ratio. Solu. aliquorū Solutio. aliorum. Refutatio. Rō propria.

& etiam syllogismū nō reperiatur nisi duobus modis una est compō demōnis, quæ est compō formæ syllogisticæ in mō et figura, quādo sunt duæ propositiones in debito mō et figura et hanc cōpositionē, hꝫ demō à syllogismo cuius est compō. ab unitate signi uel notæ illationis et hæc est illa, de qua Auer. dixit secundo post. 46. ꝙ demonstrationum compō est compō orationis enunciatiuæ, quæ quidem enūciatiua oratio ponitur ĩ definitiōe syllogismi. alio pacto dicitur compō demonstrationis respectu partium præmissæ. i. respectu prædicati & subiecti, quæ sunt composita in præmissa, ratione copulæ coniungentis. & sic dicitur præmissa una respectu unius copulæ, erit uero plures cum nō habet illam copulam, ergo hæc compō dicitur respectu copulæ & uerbi prior uero dicitur respectu illationis uel signi uel respectu medij termini unius, qui copulat compōnit maius extremum minori, hos duos compositionis modos declarauit Auerro. per quam clare in primo periher. cap. 4. ubi loquitur de unitate orationis & syllogismi tam cathegorici ꝙ conditionalis. Ex quibus omnibus patet solutio ad dubitationem ꝙ cum in hoc lib. nulla compō demonstrationis doceatur ab Aristo. merito compositorius non dicitur, si quidem tantum hic Arist. inuestigat conditiones, per quas sciamus inuenire præmissas demonstratiuas, ut Auerro. dixit in hoc prologo et dicet primo post 17. quæ conditiones non inueniuntur, nisi per resolutionem et .n. ex scire quod est finis, resolutiuæ inuestigauit cōditiones præmissarū, dicens si scire est, ut posuimus necesse ē demōnem esse ex ueris primis etc. nūq; aūt Arist. docuit modum componendi præmissas demōstratiuas ĩ mō & ĩ figura. quia hoc præsuppo. declaratū in primo priorū, et si Ari. in hoc lib. cap. 31. loquatur de figura et compositione demōnis sumit oĩa ut declarata in lib. priorū, quare cum Ari. in hoc lib. non doceat compositionem. sed solum per resolutionem inuenire conditiones præmissarum, merito non compositiuus, sed resolutiuus dicitur. sed aliquis acuti ingenij instabit. ergo tu non poteris euitare, quin liber priorum dicatur compositorius, si quidem ibi Aristote. docet compositionem & syllogismi in cōmuni. & demonstrationis in modo & figura. ultra cum sit unus liber priorum & post. per declarata & in lib. priorum Aristo. doceat compositionem demōnis in lib. post. doceat inuenire conditiones præmissarū per resolutionē quare nō dicitur cōpositorius à prima parte lib. sicuti dicitur resolutorius à secūda parte, pro respōsiōe ē rememorādū id, ꝙ supra declaratum ē, syllogismū ĩ lib. priorū declaratū multas sub se habere spēs demōnem top. reth. poeticū & soph. silog. tamē syllogismꝰ eiusq; forma primo et per se ordinatur ad demōnem tanq; ad finem & omniū perfectissimum, & ideo Aristo. in primo priorū cap. primo ponens finem syllogismi, dixit esse demonstrationem & scientiam demonstratiuā, ex hoc pꝫ solutio cū Ari. ĩ lib. priorū doceat cōpositionē et ĩ hoc lib. inuentionē præmissarū per resolutionē potius sumpsit titulū à resolutione ꝙ à compōe rōe finis, nam syllogismus et eius compō ordinatur ad sciaꝫ demōstratiuā tāq; ad finē, quæ scia demonstratiua fuit acquisita resolutione iō à fine per resolutionem inuento denominauit ipsum resolutorium, cum à fine rei sumatur denominatio, sed contra hanc determinationem aliquis difficili instaret argumento, quod à nullo aduertitur, si per te rei denominatio sumitur à fine. & ideo liber priorum et post. denominatur resolutorius rōe finis. i. sciæ demōstratiuæ. quæ fuit acquisita resolutione, codē pacto arguo sic, à fine sumitur denominatio rei, sed compositio est finis resolutionis, ergo potius compositorius ꝙ resolutorius, ꝙ uero resolutio tēdat ad cōpositionē tanq; ad finē, nullus negat qa Ari. 7. meta. 23. 3. ethy.

Difficilis rō contra positi.

.3. ethic.6. & Auerro.4. quæsito post. habent quòd ideo resoluimus ut componamus, si quidem finis cogitationis est principium operis tam in arte q̃ in scientia inquit Auerro. loco supradicto, quare potius liber compo. q̃ resolu. cum sit eius finis, hæc ratio & si in rei ueritate uideatur quodam modo demonstrare, tamen pro rei ueritate dicã ea, ĩ quibus ipse acquiesco, scilicet quòd hic liber, ut dixi non dicitur compositorius, quia hic

Prima expo. non tractatur de compositione Demonstrationis sed in libro priorum, et si dicis resolutio ordinatur ad compo. respondeo q̃ licet resolutio ordinetur ad compositionem, tamen resolutio & compositio ordinantur ad scientiam demõstratiuam tanq̃ ad finem principem, ut Aristo. dicit primo priorum primo. & quia scientia demonstratiua q̃tum ad propria differentiam & propria attributa, quæ sunt proprietates præmissarum acquiritur per resolutionem. ideo potius resolutorius q̃ cõpo. dicitur, & sic ad formã argumenti q̃uis resolutio ordinetur ad compo. nõ tamen tanq̃ ad finẽ principalẽ. sed ordinatur ad sciã de mõstratiuã tanq̃ ad principalẽ finẽ, quæ sciã demõstratiua cũ hẽat partẽ principalẽ i. præmissas demonstratiuas resolutione acquisitas, iõ ab hac potius q̃ à cõpositione nomẽ sumpsit, si qdẽ cõpõ nõ est ita pars propria et princeps demõnis cũ aliis ẽt cõueniat, quemadmodũ ẽ præmissa demõua.

Secunda Alia põt esse responsio, q̃ lib. priorum dicitur resolutorius, quia tractatur ibi de syllogismo, qui primo & per se ordinatur ad librum poste. & ad demonstrationem ut dixit Arist. primo priorum 5. & ideo Auer. dicebat in hoc prologo, intentio nostra est exponere secundos analiticos q̃ liber de demonstratione inscribitur. & sic liber priorũ ordinatur ad librũ post. in quo de demõne tractatur & sic à re tractata sumpsit titulũ, scilicet de demõstratione, dicitur autẽ resolutorius. rõe modi tractãdi, q̃a demonstratio, quæ ẽ sis syllogismi, non acquiritur nisi medio, quod per resolutionem inuenitur non per compositionem, ideo potius resoluto. q̃ compo. nam à modo tractandi una sciẽtia distinguitur ab alia, cum ergo methodus inuestigandi mediũ demõstrationis sit acquisita modo resolutiuo, non compositiuo, ut patet ex scire quòd ẽ finis demõis, resoluendo inuestigauit medium non componendo, ideo potius à resolutiõe nomen sumpsit q̃ à compositione. hæc mihi uidentur pro hac soluenda difficultate, si nodum solui, saltim aliis occasionem dedi inuestigandi solutionem, patet ergo causa tituli, sed in hoc erat una dubitatio prius adducta, titulus libri sumitur à perfectiori, modo compositio est perfectior resolutione. si quidem tendit ad esse. resolutio ad non esse. ad hanc dibitationem facilis est solutio, nam dictum est supra nos loqui de resolutione facta ab arte non à natura, modo resolutio facta ab arte non tendit ad nõ esse. sed tendit ad medii inuentionem, & causæ propriæ qua habita fit rei scientia & sic tendit ad esse. rõ aũt dicta concludit de resolutione naturæ nos autem loquimur de resolutione facta in arte, & sic patet quæ dici possunt in hac conclusione secũda præposita. Erat tertia conclusio

Tertia conclu. resolutionem rationis non uerã, quæ est à causa posita ad effectum ultimum inuestigandum posse fieri tam in scientiis speculatiuis, quàm practicis, si quidem omnes utuntur demonstratione quia, in qua medium inuestigatur resolutione non uera, & ab hac resolutione liber priorum & post. non denominantur resolutorii, si quidem dictum fuit resolutionem, à qua lib. priorum & posteriorum dicuntur resolutorii, esse contrariam compositioni, modo resolutio non uera est similis compositioni naturæ, cum à causa procedat ad effectum, & hæc resolutio tantum deseruit in inuestigando medium demonstrationis q̃a, quod est effectus proprius, procedit

enim

enim à causa posita ad inuestigandum per resolutionem: donec ultimum inueniat effectum, quo inuẽto cessat resolutio, modo ab hac resolutione nõ dicitur lib. post. resolutorius. tunc. n. diceretur resolutorius ab imperfectissima demonstrationis specie, q̃ est falsum. sed in his dictis sunt difficul

Prima dubo. tates haud paruæ, & prima uidetur hæc resolutio inutilis & uana. si enim resolutio non uera deseruit ad inuestigandum medium demonstrationis quia. hoc est frustatorium, cum medium in tali demonstratione sit effectus (nam non loquimur de demonstratione quia per causam remotam) et cũ effectus sit nobis sensatus p°. post. 12. & primo phy. 2. & 3. dicebat Arist. effectus cõpositi sunt nobis notissima, adeo ut innata sit nobis uia ex illis procedere in cognitiõe rerum, quare cum medium in tali demonstratione sit effectus, non indigebit resolutione non uera ad sui notitiam, ut arguatur in forma. Quod est per se notum, non indiget aliquo ad sui notitiam, mediũ in demonstratione quia est huiusmodi, ergo non indiget resolutiõe pro sui notitia, maior est nota, & minor per loca supra adducta. & Aristo. ẽt ponit hãc minorem primo post. cap. 30. dicens medium demonstrationis quia, aut accipitur nostum per inductionem, uel per sensum, non ergo indiget resolutione, nec unq̃ reperitur ab Arist. q̃ effectus medium in demonstratione quia fiat notum per resolutionem, sed per inductionem, uel per sensum dicit Ari. hoc uero s. per resolutionẽ inuenire mediũ, posset fieri potius in demõstratione propter quid. in qua causa est nota naturæ, non nobis sed in demonstratione quia uidetur impossibile.

Secunda Dubitatio. Secũda dubitatio est enim uulgata propõ Ari. sexcentis in locis, q̃ sẽper innata est nobis methodus ad ignota procedere ex notioribus. modo processus resolutionis non uera est ab ignoto ad notum, ergo non debet dari. probo minorem: nam hic procesus non est demõstratio propter quid, quæ procedit à causa notiori ad propter quid effectus. sed est processus à causa ad inuentionem esse effectus, & non propter quid, sed esse effectus semper est notius quacunq; notitia causæ, ergo non est procesus scientificus, immo est contra artem petens ĩ principio ab ignoto ad notum, cum cã nũq̃ sit notior esse effectus, q̃ ẽ sensatũ. Tertia dubitatio. si hæc

Tertia dubo. resolutio non uera est à causa posita concessa ad inuentionem esse effectus, hoc non est nisi ut esse effectus inuento regrediamur ad cognoscendum aliqd de cã, ut sciẽtia rei perfectæ habeatur. quæ naturaliter desideratur, sed ex esse effectus nos non possumus cognoscere, nisi existentiam cãæ secundo post. 8. ergo regredimur ad cognoscendum cãæ existentiam, sed existentia causæ erat prænota. ergo ille processus ẽ superfluus. q̃ existentia causæ sit prius nota probatur. nam per te hæc resolutio procedit ab esse causæ posito & concesso ad inuentionem effectus pro medio ĩ demonstratione quia. ergo cũ esse causæ sit prænotum. non erit necessarium inuenire effectũ, pro inuestigando esse causæ. ergo talis processus superfluus ad inueniendũ effectũ, tum quia est notus natura sua, tũ quia frustatorius ẽ, doctrinæ nõ deseruiens, potest etiam formari Quarta rõ processus à cã ad effectum est demonstratio uel propter q̃d, uel simpliciter primo post. 95. primo phy. 2. si resolutio nõ uera eẽt processus à cã ad effectũ ergo eẽt uel demõstratio propter q̃d, uel simpliciter. sed hoc ẽ falsum per supra probata, ergo nõ datur talis resolutio semper. n. apud oẽs peri. processum à cã ad effectũ esse demõnis speciem manifestum ẽ, hæ sunt rationes, quæ uidentur remouere hanc resolutionis speciẽ tanquam inutilem & frustatoriam. tamen quia nos profitemur omnia Auer. dicta esse ex mente Ari. Ideo illam de mente Aristote. & Auerro. sustentabimus, demum soluemus rationes. pro sol

uendis his rationibus est sciendum. quòd resolutio cum sit duplex. ut supra fuit declaratum uera & non uera. quæ fuere supra declaratæ. tamen pro solutione rationum aliqua repetere in re difficili non erit damnandum, dicimus igitur resolutionem ueram esse motum intellectus, qui procedit à conclusione posita ad inuestigationẽ medij et causæ propriæ quod Auerro. dixit esse discursum à primo cogitato ad principium factionis, Ari. uero dixit esse à fine ad mediorum inuestigationem. quæ resolutio uera tantum fit in demonstraiione simpliciter, in qua causa propria rei inuestigatur, uerum instrumentum quo utimur per resolutionem, inuestigando causam propriam est syllogismus hippoteticus per naturam. qui, ut habet Auer. primo cœli secundo & secundo physi. 3. & in cap. de syllogismo hippote. per naturã, potius habet manifestare quàm probare habet enim procedere ex præmissis concessis ab omnibus uel pluribus ad manifestanda ea, quæ sunt media inter per se nota, et naturaliter ignota, & ideo semper in tali syogismo apponitur particula quasi, si procedẽs à positis nõ absolute, ut procedit demonstratio. sed à sic concessis & positis topicè & hoc dicebat Auer primo poste. 93. resolutio est à quæsito posito sic & concesso ad præmissam inueniendam. ut dicebat Them. & hunc modum Arist. seruauit in primo poste. qui procedens resolutiue usus est syllogismo hyppotetico per naturam dicens. si scire est ut posuimus, necesse est demonstrationem esse ex ueris primis inmediatis ect. quare instrumentum, quo utimur in resolutione, non est nisi syllogismus hippote. per naturam, & propter hoc dixi, quòd resolutio uera tantum deseruit ad inuestigandum medium demonstrationis simpliciter nõ quia nec propter quid, & ratio est. nam medium in demõstratione simpliciter cum sit nobis & naturæ notum. sufficit ad illud manifestandũ syllogismus hippote. per naturam. qui habet manifestare quo quomõ nota & ingnota & nõ utimur in tali notitia demonstratiõe quia, quoniã tũc causa in demonstratione simpliciter esset nobis ingnota quòd est falsum, secundo tunc non declararet & probaret esse effectus talis demonstratio quia esset notum per demõnẽ quia. quòd est absurdum ideo instrumentum quo utimur in tali demonstrationis causa notificanda. est resolutio quæ procedit per syllogismum hippote. per naturam in demonstratione uero propter quid, cum medium sit causa quæ est nobis naturaliter ingnota & naturæ nota. non utimur tali resolutione, si quidem talis demõnis mediũ uenatur demostratione quia, dicebat enim Auer. secundo post. primo, quæsita naturaliter ingnota inuestigãtur demonstratione. ergo cũ medium in tali demonstratione sit causa nobis insensata ingnota inuestigabitur demonstratione quia. non resolutione, quæ utitur syllogismo hippote. per naturam manifestãte ea. quæ sunt media inter per se nota & ingnota sed dices quis causa scientificæ sit nota per demonstrationem quia. tamen potest topice inuestigari resolutiõe, quæ utitur huiusmodi syllogismo hippotetico respondeo, quòd hoc esse haud potest. nam causa in demonstratione propter quid est ignota nobis & naturæ nota, ideo cum sit nobis ingnota omnino, non habemus aliud medium ad illam manifestandam, nisi demonstrationem quia, ut declarauit Arist. & Auer. primo physic. secundo & primo post. cap. 30. & 8. phy. 53. nam hæc demonstratio notificat id, quòd nobis est ingnotutũ. secus autem est in demõstratione simpliciter in qua causa est nota nobis & naturæ. ideo ad illam manifestandam non indigemus demõstratione quia, si quidem hæc tendit ad ingnotum, sed tantum indigemus resolutione, quæ utitur instrumento manifestante, potius quàm probante. Dices ergo deseruit etiam hæc resolutio in demonstratione quia,

in

in qua medium est nobis notum. dico, quòd nec si quidem hæc resolutio uera de qua nunc loquimur ẽ à quæsito posito ad inuentionem medij, quod est causa, ut supra dictum fuit. modo in demonstratione quia. medium est effectus, ergo non deseruit talis resolutio in demonstratione quia, sed bene resolutio non uera, quæ est à causa posita ad inuentionem ultimi & proprij effectus, qui sit medium in demonstratione quia, sed aliquis instaret effectus est sensatus notus nobis primo, ergo non indigemus tali resolutione non uera ad notificandum illum effectum, respondeo, quòd hæc resolutio est necessaria in inueniendo medium in tali demonstratione, nam sicuti Auer. dixit. 4. quæsito posterioristico, & primo post. 94. quòd demonstrans demonstratione simpliciter, utitur resolutionr ex conclusione posita, inuestigando medium, quod sit causa. et hæc est illa resolutio, per quam Arist. resolutiue eduxit conditiones demõstrationis simpliciter dicebat Auer. et tamen medium in tali demonstratione est nobis & naturæ sensatum. eadem ergo ratione in demonstratione quia. uti licebit resolutione non uera ad inueniendum medium effectus à causa posita, quamuis medium sit sensu, uel inductione notum. & sicuti resolutio, qua utimur in demonstratione simpliciter, non est demõstratio. sed est inuentio medij in tali demõstratione. eadem ratione neq; hæc resolutio non uera erit demonstratio, sed erit inuentio medij demonstrationis quia. & licet medium sit notum, tamen potest manifestari & declarari resolutione non uera, quæ est à causa sic posita & concessa ad ultimum inueniendum effectum, uerum nolo te imaginari, quòd hæc resolutio procedat à causa cognita scientifice, sic enim esset demonstratio propter quid, sed procedit à causa supposita sic esse ad inuentionem effectus, quo scito deinceps scire possumus perfecte causam. et sic differt à demonstratiõe propter quid, ĩ qua medium, quod est causa, fuit scitum perfecte per effectum demonstratione quia, qua causa scita, procedimus ad propter quid effctues nõ ad esse, quia hoc erat prænotum, sed causa in resolutione non uera est supposita sic esse & concessa, à qua procedimus non ad propter quid effectus. sed ad inuentionem esse effectus pro medio in demonstratione quia, quo possimus perfecte causam scire, & licet medium sit notũ tamẽ hoc modo potest manifestari sicuti Arist. in secundo post. declarat partes definitionis & definitionem ipsam, quæ est principium demonstrationis, & est per se nota. & tamen illas declarat diuisione quæ forte aliquando habet illam uim, quam habz resolutio si quidem sunt instrumenta non probantia, sed manifestantia, eodem pacto Arist. primo post. cap. 33. dicebat principia demonstrationis sunt per se nota & tamen inductione manifestãtur, similiter secundo phy. 6. demonstrare naturam esse est ridiculum inquit Aristo. & tamen ipsam esse manifestat, eodem pacto, licet medium demonstrationis quia sit notum, tamen resolutione non uera potest uenari manifestari, quæ est à causa sic posita & concessa, ad ultimum inueniendum effectũ, semper procedens à posteriori in esse ad posterius, & quamuis à causa procedat, ad huc procedit à posteriori si quidẽ causa habet rationem finis in tali resolutione, qui finis ẽ posterior in esse, & primum in cogitatione. 3. ethic. 6. sed modum hunc resolutionis non uere dixerunt iuniores esse positum ab Arist. secundo post. cap. 11. quando quæsiuit propter quid aliquis ambulat causa est, ut minuãtur humores, propter quid, ut minuantur humores, ut æquentur, propter quid, ut æquentur, ut sanus fiat. ecce dicunt hæc resolutio precedit usq; ad ultimum effectum, quo inuẽto, cessat resolutio in effectibus, et incipit factio, sed ridiculum est, ut quæ somno concipimus, Ari. tribuamus, cui si ad nos redeũdi facultas daretur

tur

tur, nunquàm agnosceret in scriptis suis licet ea, quæ Auer. dicit de ista resolutionis specie, sint uera & possint sustineri, tamen nunq; Aristo. ipsam posuit nec ubi dicunt isti, nec alibi, nã Ari. de resolutione loquutus est .7. meta. 23. 3. ethi. 6. primo post. cap. 29. co. autem. 93. & .94. nec unq; de nõ uera resolutione aliqd protulit. ĩ tex. uero secundi post. Arist. non loquitur de resolutione. sed ut ipse Auer. declarat in com. 51. uult declarare, quomodo causa finalis ingreditur demonstrationem & potest esse medium in demonstratione cũ supra declarasset de causa materiali & efficiẽti, & inquit, propter quid aliquis ambulat, ut minuantur humores, quare hoc, ut æquentur inde ut sanus fiat, hic est ultimus finis, & cã finalis qua habita, scimus causam illius effectus, quæ potest esse medius terminus in demonstra. et Auer. in principio co. habet, ꝙ causa finalis est quæsita in hoc processu ut reddamus cuius gratia aliquid fit. ergo si per te, iste esset processus resolutionis non ueræ causa nõ esset quæsita. sed esset supposita. quæreretur autem effectus. modo dicit Auer. causa est quæsita ꝙ est contrarium in resolutione non uera, potius hic esset resolutiõis ueræ processus, quare hic textus est contrarius proposito ad quod trahũt ipsum iuniores, & ꝙ hoc sit uerum uide etiam tex. antecedentes, quia semper Aristo. loquitur de cã querenda, & mãli efficiẽti, & in hoc textu de finali. iõ non extorquendo textus dicamus ut Auer. sentit ꝙ resolutio nõ uera est quando causa cognita sic, probabiliter, uolumus quærere effectum proprium, ex quo postea cognoscimus ipsam scientifice, illa est resolutio non uera. ut si qs hẽret pro cõcesso. ꝙ est interpositio, quereret effectum, dicens interpõ, ergo aliquod opacum inter duo corpora luminosa, opacum corpus terra, ergo terræ umbra mediat ĩter illa, terræ umbra mediat, ergo eclipsis lunæ, à causa procedendo cognita probabiliter uel sic posita ad ultimum usq; effectum, quo cognito, possumus inde procedere scientifice ad cognitionem causæ. & hæc est uera mens Auer. q̃uis non reperiatur textus in quo Arist. expresse de ipsa meminerit, tamẽ hoc quod Auer. ponit. non repugnat eius doctrinæ. sed potius excipitur ex processu & doctrina eius. Ex quibus omnibus sic declaratis facillime soluuntur rationes ĩ oppositum.

Solu. primæ dubitationis.

Et primo quando dicebatur medium in demonstratione quia. ad quod tendit talis resolutio ẽ notissimum ergo talis resolutio est superflua. Respondeo quòd licet sit notum, tamen non inconuenit ipsum manifestari instrumento non notificante naturaliter ignotũ. sed ea, quæ sunt nota. sicuti est resolutio, quæ utitur instrumento, syllogismo hydpotetico per naturã nam si præmissæ demonstratiuæ possunt manifestari tali medio & etiam propositiones per se notæ, ut supra declaraui. non in consonum erit manifestare effectum medium in demonstratiõe quia, hoc etiam modo.

Solutio. 2.

Ad secũdam, processus quilibet scientificus debet eẽ ex notiori ad ignotius modo hæc resolutio nõ uera procedit ab esse causæ ad esse effectus, quod esse causæ ẽ ignotius esse effectus. Respondeo ꝙ lꝫ esse effectus sit notius, tamen non incõuenit, ꝙ notificetur syllogismo manifestante, potius q; probante, sicuti etiam ea, quæ sunt per se nota. & si dicis esse effectus est notius q; esse causæ. dico, ꝙ esse effectus non inuestigatur per esse causæ. sed esse causæ fuit sic positũ & concessum quo sic posito & concesso, syllogismo hippotetico per naturam inuestigamus effectũ propriũ ut dicendo, si causa est oportet ꝙ sit aliqs effectus donec ad ultimum deueniamus.

Solutio tertiæ

Similiter etiam patet solutio tertie dub. quæ erat. si ex tali processu ab esse causæ quærimus manifestare esse effectus ut inde habeamus causaꝫ esse, hic processus esset superfluus, siquidem esse causæ erat prænotũ.

respondetur

respondetur ꝙ esse causæ est suppositum esse. et concessum, sed non scientifice & uere, sed est suppositum, sic ut ex illo supposito, syllogismo hippotetico per naturam. manifestemus effectũ, ex quo postea scientifice & proprie cognoscimus esse causæ, sicuti ex effectu põsito & concesso in resolutione uera inuestigamus causam per resolutionem, quæ procedit per syllogismum hyppoteticum per naturam non per demonstrationem quia. nam per hanc scientifice cognoscitur. ex qua causa cognita deinceps per ueram scientiam Scimus effectum, sic ad punctum argumenti, causa in resolutione non uera est cognita probabiliter, & est potius concessa. sed post modum scitur scientia perfecta, quæ illi conuenire potest.

Solutio. 4.

Eadem responsione possumus etiam soluere ultimam dubitationem, quæ probabat talem resolutionem esse demonstrationem propter quid, quoniam procedit à causa ad effectum. qui processus est demonstratio propter quid uel simpliciter, dico ꝙ non semper processus à causa ad effectum est demonstratio propter quid. sed debet esse à causa nota & uere cognita scientifice non ad esse effectus, sed ad propter quid effectus, quod est ignotum naturaliter. modo hæc resolutio procedit à causa non cognita uere, sed supposita & concessa. & non tendit ad quæsitum ignotum naturaliter .s. ad propter quid effectus, sicuti demonstratio. sed tendit ad esse effectus. quod est notum. manifestatur uero resolutione. modo demonstratio tendit ad quæsitum naturaliter ignotum secundo post. cap. primo & hæc sint dicta pro solutione harum rationum & pro dilucidatione huius quæsiti secundum decreta Auerro.

De diuisione.

¶PRINCIPES Vero partes ¶ cum noster Auer. declarasset & subiectum & libri titulum. 3. declarare paucis aggreditur de diuisione libri, & hoc non sine rõe, si quidem diuiduntur partes scientiæ ad diuisionem rerũ tractatarũ, ut colligitur .3. de anima. 38. ideo declarat, ꝙ duæ sunt principes partes. demonstratio & diffinitio. de quibus duo libri tractant primus & secundus post. ex quibus uerbis patet ꝙ de definitione in secundo pertractatur, ut de instrumento diuerso à demonstratione, & non ut de medio, aliter enim non fecisset diuersum tractatum secundũ à primo, nam medium est tota demonstratio in uirtute. sed quia tam primus liber q; secundus habẽt diuersa capita & tractatus, aliqui hic diuidunt hos libros ĩ minutissima cap. sed quia potius hoc ageneraret confusionem, q; scientiam, ideo in propria expositione cap. de hac diuisione agemus, qui autem uoluerit reducere illa, & dinumerare apud initium totius libri, sua sit id facere inquit Auer. nobis autem hæc satis, hæc breuiter de diuisione, restat ut de utilitate dicamus, quæ quanta sit paucis expediam

De utilitate.

¶ IVuamen uero ¶ Ponit Auer. in. 4. cap. utilitatem huius libri quæ etiã sequitur ex re tractata quæ utilitas cũ satis fuerit declarata ex cap. de intentione non oportet circa ipsam multum laborare. ideo Auer. noster paucis se expediens inquit, ꝙ est primarium & princeps iuuamen, quod confert scientia logicæ /Accipit uero scientiam, fuso quodam modo non determinate. Nam cum finis phylosophi sit ueritas, quæ naturaliter appetitur, & ob ipsam scire conemur. merito maximam utilitatem afferet illa pars logices, quæ instrumenta sciendi tradit, sine quibus nil ueri unq; cognosci potest, ac ut merito dici possit de hoc libro, quod dicebat Alexander de. 12. meta. ꝙ est carpos et fructus, totius logices, immo tantæ utilitatis hic liber est, ut nulla scientia acquiri possit sine hoc præhabito, & intellecto libro, nam cum omne quod in quacũq; scientia scitur uel per definitionem scitur uel per demonstrationem .11. meta. primo, quomodo ad illa adiscenda poterit

nota distintioné

esse

esse additus. si & demonstrationem & deffinitionem, quæ in hoc tractātur lib. ignorabimus .3. tanti est iuuaminis hic liber. q sine ipso haud felices esse possumus, si quidem in doctrina Arist. clarum est felicitatem nostram consistere in contemplatione & speculatione, ut .10. ethy. declarat cap.10. & maxime primi entis, quæ contemplatio haud acquiri potest sine rerum sensibiliū scientia, quæ nullo alio medio acquiritur & indagatur nisi definitione & demonstratione. quæ in hoc lib. pertractantur, quare si ad hanc felicitatem accedere aliquis conatur, hunc librum nocturna & diurna manu uerset, tradit enim instrumenta, per quæ facillime quodcunq; in natura sciri potest, multa & alia iuuamina afferre possem, sed quid uerba perdo in re concessa, nolo eē longior in re non dubia, cum præsertim quantam utilitatem afferat lib. post. melius animo conceperim quam explicare possem, sed illud pro certo quisq; habeat, Arist. ipsum omnes à lectione cōmentationum suarum reicere, qui præcepta libri post. nō acceperint. Reliquum ē igitur, ut omnes horter ad studium lib. post. unde nobis ad Arist. & ad felicitatem ipsam additus paretur. Nec quicquam tam arduum putemus quo humanū ingenium penetrare non possit, sed sine labore sine uigilijs, peruenire nemo potest ad ea, quæ nos à uulgo separant. Sed ad Auerroem Aristote. iuratissimum expositorem redeo.

De ordine. VERVMTAMEN Ordo ipsius .5. loco Auer. noster de ordine intendit loq, & inuestigare, quem locum obtinet hic liber inter libros logices, hoc quæsitum est ualde necessariū & utile. si quidem sicuti in natura nihil est inordinatum .8. physicorum .15. sic cum ars imitari debeat naturam nihil in arte debet esse inordinatum. quare necessarium erit uidere de ordine libri & eo maxime, cum scientia ageneretur in nobis ex ordine rerum scibilium, qui ordo est inter prius et posterius ut patet .5. meta. cap.16. sed quia non decet ueritatem inuestigantem uti terminis ambiguis, ideo est sciendum, q ordo doctrinæ est duplex. uel enim ordo est doctrinæ secūdum nobilitatem. uel secundum facilitatem, ut colligi potest ex uerbis Ari. 5. meta. cap. de priori. ideo duo quærimus, & de ordine libri huius secundum facilitatem. & etiam secundum nobilitatem, sed de ordine secundum facilitatem erit questio, nam de secundo nullus dubitat, sed cum ordo semper sit inter prius & posterius uel positum uel intellectū ideo Auer. querit duo primo post quem librum debet situari liber post. secundo ante quem librū debet poni & legi, soluēs primum Auerro. inquit { Verum tamen ordo ipsius est sine dubio post librum priorum } & sic liber post. sequitur librum priorum tres ob causas dicit Auer. quæ etiam fuerunt declaratæ ab ipso in primo phy. in prologo, & in tex.57. eiusdem, uerum hic longiori sermone & obscuriori eas declarat, et prima causa est inqt Auer. { quia communius est notius proprio } pro intellectu huius causæ est sciendum, q in doctrina uniuersaliter semper oportet procedere ex notioribus nobis ad ignotiora, quia hæc ē uia nobis cōgenita primo physicorum secundo, & hic modus procedēdi ē semper seruādus { in illatione quæsiti } .i. conclusionis, quæ quæritur ant eq̄ sit demonstrata { concludendo quod latet ex noto } .i. simpliciter ī processu cuiuscūq; conclusionis nos concludimus quod latet & est ignotum, ex nobis noto. ergo hæc uia est in omni conclusione quærēda procedere ex notioribus ad ignotiora, quare notiora præcedunt sub hac propositione pro maiori Auer. accipit minorem ibi { Vniuersale uero } quæ talis est, sed uniuersale, magis est notius particulari, idest minus uniuersali in doctrina, ergo deb; præcedere tractatus de magis uniuersali, minorem Auer. accipit ut probatam ab Aristo.

Arist. in primo phy. tex.4. quando dicebat, ab uniuersalibus esse procedendū ad particularia, .i. ad minus uniuersalia, dabat rationē, q̄a sunt notiora. cū sint quodāmodo tota, si quidē totū est notius partibus, q̄; admodū in sensu primo ē notū totum q̄; partes, sic & in intellectu totum debet esse notius q̄; partes, & ratio est, ut memini me dixisse ab hinc treis annos cū primū phy. publico munere profiterer, quia totum habet magis rationem mouendi, cum sit magis in actu, quæ actualitas est ratio mouendi & intellectum & sensum licet differenti ratione, ut in quæstione de primo cognito declaraui, quam ad breue tempus me editurū polliceor, sed reuertens ad propositum dicit Auer. cum uniuersale se habeat ut totum, cum multa comprehendit sub se particularia, quæ se habent ut partes, merito debet magis uniuersale primo cognosci, ex hac ratione Auer. concludit primam causam, cum liber priorum tractet de re magis uniuersali, si quidem de syllogismo. qui uniuersalior est demonstratione, omnis enim demonstratio est syllogismus, sed non econtra. merito tractatus libri priorum debet præcedere lib. post. cum ibi de magis uniuersali, hic uero de minus uniuersali, hanc rationem posuit Arist. primo priorum .5. dicens oportet prius loqui de syllogismo, post hoc de demōstratione. dans causam dixit, eo quòd uniuersalior sit syllogismus, & hæc est prima causa in his uerbis ab Auerro. assignata, dans secundam cāz inquit. { Secunda autem causa est quia essentialis tractatus etc. } Quæ ratio Auerro. formatur in consequentiæ modo, hoc pacto si liber priorum non præcederet librum posteri. sed econtrario liber post. præcederet, tunc tractatus accidentalis fieret eorum, quæ tractantur in libro poste. & sic tractatus per accidens præcederet tractatum per se & essentialem, q est falsum ut declarat ipse .4. metaphysices .14. pro intellectu deductionis huius consequentiæ, est sciendum, q est una propositio in doctrina Arist. & Auerro. quæ est supponenda, ut principium adiscenti hanc artem, scilicet quòd propositio demōstratiua debet habere prædicatum conueniens suo subiecto, essentiale secundum q ipsum & uniuersale, q idem est re, sed differt ratione, ut declarabitur in com.36. tamen ut deseruit nostro proposito, prædicatum conueniens subto demonstratiuū debet esse secūdū q ipsum & uniuersale .i. propriū. si quidē idē est uniuersale et propriū ut declarat Ari. primo post. cap.11. Auer. ēt primo post. co.41. et .40. ita ut si prædicatū cōueniens suo subiecto conueniet nō primo, sed inter subm et prædicatū cadet alia nā distincta à prædicato uel à subto, illud dicitur prædicatū conueniens per accidens subto, hoc declarauit Aristo. primo post. cap.11. & .13. Auer. in co.36. & .41. primi post. et secūdo post.94. & quæsito.3. posteriorislico, adeo ut ob istam propositionē tanq̄; principiū primum concedendū, Auer. noster ex doctrina Ari. uelit genus, q prædicatur de spē, nō ingredi demōnem si quidē nō est propriū prædicatum & secundū q ipsum, l; contrarium uideatur dicere primo post.30. & .31. co. quæ contradictio illuc usq; differatur, tamen uult Auer. secūdo post.94. et primo post.36. clarius primo post.44. et .ī epith. de demōe q prædicata necessaria in demōe sunt differētiæ et propria, genus aūt non est necessariū prædicatū ipsi subto, nisi secūdū q̄d, nam in locis dictis hētur, q necessariū ē duplex quoddā ē necessariū essentiale omni ex parte .i. prædicatum est necessarium subto & econtra, et sic tantum prædicata sunt necessaria eēntialia. quæ sunt differētiæ ultimæ et propria. nam hæc prepō homo est rōnalis uel risibilis habet subiectum necessario prædicato, et econtra. conuertuntur enim adinuicem, sed hæc, hō est animal, licet animal sit necessarium ad esse homi-

nis, non tamen est necessaria hæc propositio ex parte prædicati, nam ad hoc ut sit animal, non est necessarium, quòd sit homo, ideo dicitur hæc propositio necessaria per accidens dicit Auerro. locis allegatis, quia est necessaria per unam tantum partem, modo quòd per partem est per accidens est .5. physi. primo, secundo est sciendum ꝙ est propositio Auer. primo posteriorũ .69. ꝙ prædicata superiorum per accidens conuenire habent inferioribus, unde ibi habet causæ generis dum attribuuntur speciei, fiunt causæ remotæ, & Aristo. primo posteriorum .11. & 13. inquit ꝙ si prædicatũ figuræ conueniens primo, attribuamus triangulo, erit propositio per accidens, quia hoc prædicatum non primo illi cõuenit, similiter si illud attribuamus ysocheli, per accidens illi conuenire dicitur, quia non primo, sed per aliam naturam illi conuenire dicitur, siquidem per naturã generis, quibus sic declaratis, est tertio sciendum ꝙ præmissæ demonstratiuæ inq̃tum præmissæ habent hoc à syllogismo ĩ cõmuni in modo & figura, quod sint positæ & concessæ, siquidem de ratione præmissæ, ut præmissa hoc est ut sit posita & concessa in syllogismo siue uera siue falsa, non est de ratione præmissæ, ut declarabitur in com .13. ubi inquit Auerro. quòd præmissa tunc dicitur præmissa, quando accipitur, ut pars syllogismi, ergo esse præmissas in mõ et figura competit primo syllogismo inq̃tum syllogismus, et propter hoc Ari. in definitione syllogismi accepit præmissas, dicit enim est oratio, in qua quibusdam positis & concessis necesse est aliud euenire ab his, est & aliud prædicatum, quod primo conuenit syllogismo, ut syllogismus scilicet notificare ex noto ignotum, hæc enim proprietas primo competit syllogismo ut patet per eius definitionem, ista inq̃ prædicata & proprietates cum primo conueniant generi, si applicentur speciei erunt prædicata illi conuenientia per accidens, ut distinguitur contra primum ut Aristoteles declarauit promo posteriorum .13. si quis enim attribueret homini sensibile, attribueret per accidens, eodem pacto si prædicata, quæ conueniunt syllogismo, ut syllogismus scilicet habere præmissas positas & concessas & ex noto inferre ignotum, attribuantur demonstrationi, attribuuntur per accidens, nam illi conueniunt ratione alterius, uerum semper accipio per accidens, ut accipit Auerroes in quæsito tertio post. ut distinguitur contra primum, & sic præmissas demonstratiuas esse præmissas conuenit illi per accidens, quia per genus suum, similiter quòd notificent naturaliter ignotum, cõuenit illis per accidens, quia non inferũt ignotum, inq̃tum sunt ueræ sed inq̃tum sunt positæ, his stantibus, faciliter deducitur consequentia Auerro. si liber posterio. præcedet librum priorum, tractatus per accidẽs præcederet tractatum per se, ꝙ est falsum, probo consequentiam, nam non possumus cognoscere demonstrationem, nisi cognoscamus principia eius scilicet & syllogismũ & figuram, qui est prĩcipium formale, et præmissas, quæ sunt ut materia. modo esse præmissas non competit præmissis demonstrationis, nisi per accidens, similiter esse in debito modo & figura illius conuenit per accidens. quoniam per genus suum scilicet ratione syllogismi cui primo hæc competunt prædicata, ergo si primo tractaretur de demonstratione q̃ de syllogismo, tractatus per accidens præcederet tractatũ per se; quoniam non possumus cognoscere demonstrationem nisi cognitis illis principijs, quæ per accidens illi conueniũt, primo autẽ & per se syllogismo, sed aliquis quæreret, quomodo per accidens competit præmissis demonstratiuis, ꝙ sint præmissæ, & quòd sint in debito modo & figura, & tertio quòd notificent ignotum naturaliter

raliter ex noto, dico ꝙ accipio per accidens, ut distinguitur contra primum & secundum ꝙ ipsum, non autem ut distinguitur contra per se, nã hæ proprietates dicuntur per accidens conuenire demonstrationi, quia nõ cõueniunt ei secundũ ꝙ ipsa & primo, sed ratione alterius, tamen possunt dici per se conuenire, quia sine illis conditionibus non possunt esse præmissæ demõstratiuæ, uerum non sunt de quiditate illius. nam illa est q̃ditas alicuius & prĩcipiũ quiditatiuum illi conueniens, quo primo posito, ponitur, & primo remoto, remouetur, ut Ari. declarat cap. 11. et sic necessitas erit prima conditio dicens quiditatem in demonstratiuis præmissis, ut declarat Auer. primo post. co. 28. q̃a illa posita, ponũtur præmissæ in esse demonstratiuo, & illa remota, remouentur ab eẽ demonstratiuo, patet igitur quæ Auer. dicat in hac secunda ratione, & quomõ deducit, post quam ponens tertiam rationem & causam, inquit. ❡ Tertia uero causa est ❡ ne bis fiat repetitio in scientia, nã ex hac deuenitur ad rei nugationem, quæ est rei inutilis repetitio. & si superius auctoritate Themist. dixerim idem sæpius repetendum dũmodo ordinate procedamus, sed quando sine ordine ac utilitate, eiusdem rei bis fit repetitio, hoc uanum & frustatorium est in arte, ad quod inconueniens deducit rationem Auer. si liber post. præcederet librum priorum tunc eiusdem rei fieret duplex repetitio. ꝙ est falsum, ꝙ etiam deduxit in prologo primi physi. falsitas consequentis est nota. consequentia uero deducitur, hoc pacto, si liber post. qui tractat de demonstratione præcederet librum priorum. ergo in illo tractatu oporteret cognoscere syllogismum in communi & eius definitionem. sicut Aristote. agit, qui in definitione demõnis, utitur syllogismo, et prædicatis eius. si per te sequeretur deinceps liber priorum, qui tractat de syllogismo in communi. ergo ibi iterum tractatur de syllogismo, & sic duplex inutilis repetitio absq; ordine, quia ordinate semper in arte uniuersalia præcedunt particularia, sicut in natura materia primo recipit formas uniuersales postea particulares primo meta. .17. primo enim hõ uiuit uita plantæ, postea animalis ultimo intellectuali. sic & in arte debet esse ordo seruandus, & non bina inordinata & inutilis repetitio & hic est huius causæ intellectus, sed q̃a Auer. dicit quædam uerba difficillima, ideo sciendum est, ꝙ syllogismus, ut syllogismus nihil aliud est, nisi præmissæ positæ in debito modo & figura nam de ratione præmissæ est, ꝙ sit pars syllogismi, ergo quot sunt, & quales sunt præmissæ, tot erunt syllogismi & tales, unde ex ueris præmissis erit demonstratiuus syllogismus, ex probabilibus. quæ uidentur omnibus, uel saltim sapientibus erit topicus syllogismus, similiter & si quæ sunt aliorum syllogismorum species, erũt ex præmissis proprijs ipsorum, tunc dicit Auer. ❡ Procedens enim hoc modo doctrinæ ❡ scilicet ꝙ tractatus de demonstratione & de particulari præcederet tractatum de syllogismo, & de uniuersali ❡ Contingit, quòd hanc eandem rem ❡ scilicet prædicatũ cõmune & uniuersale, quod est syllogismus ❡ Commostret de præmissis ueris ❡ idest de demonstratione, & de probabilibus .i. de topico syllogismo ❡ Et alijs speciebus præmissarũ proprijs ❡ .i. de alijs syllogismis, si q̃dem dictum fuit syllogismos non esse nisi præmissas in debito modo & figura ex tali materia, syllogismum uero ut syllogismum esse premissarum assumptionem in modo & figura non coarctato ex aliqua materia, & ideo dicit Auer. ex alijs speciebus præmissarum proprijs, accipit .n. propria hic non pro conuertibilibus. sed accipit proprias ut opponuntur præmissæ uniuersali inq̃tum præmissæ. sed ut sunt in propria materia. adeo ut Auer. per proprias præmissas intelligit

 proprias

proprias species syllogismorum, uerum hic est aduertendum uerbum unum Auerro. quod dicit. { Et si quæ aliæ sunt præmissæ, quæ construant syllogismum perfectum secundum figuram præter has duas species præmissarum } Ex quibus uerbis uidetur ꝙ tantum duæ sunt præmissarum species quæ faciant syllogismum perfectum, scilicet præmissæ demonstratiuæ, & probabiles. ergo aliæ uidentur, ꝙ non faciant syllogismum perfectum, quia Auer. loquitur de alijs condicionaliter, dicens si quæ aliæ sunt, ergo uidetur, ꝙ sophisticus syllogismus nõ sit syllogismus, nec rethoricus nec poeticus, pro intellectu huius dubij, est sciendum, ꝙ perfectus syllogismus in figura & modo definitur ab Arist. in primo priorum, quæ est instrumentum, quod ex præmissis positis & concessis, habet aliud naturaliter ignotum notificare, uerum si hoc, quod notum fit. ẽ ignotum naturaliter proprium, uniuersale & necessarium, et fit notum ex præmissis proprijs necessarijs & uniuersalibus, hoc fit per demonstrationem, ut patet secundo post. primo, si uero id, quod probatur, non est uniuersale necessarium sed est particulare, probatur ex præmissis non uniuersalibus omnibus hoc fit syllogismo topico cathe. ꝙ hoc sit uerum, probo nam Arist. in primo post. cap. 31. conclusit, ꝙ demonstratio tantum sit in prima figura, & in primo modo primæ figuræ, si est affirmatiua, negatiua uero in secundo, qui ambo modi concludunt uniuersaliter, ĩ eadem prima figura sunt duo modi syllogismi perfecti particulariter concludentes, darij & ferio. ĩ secunda etiam sunt sillogismi particulariter cõcludentes, et si sint imperfecti, tamen reducũtur ad perfectos. In tertia omnes concludunt particulariter, et tamen oẽs dicti habẽt figurã perfectã, uel possunt reduci ad perfectam, illis autem non utitur demonstrator, si quidem procedit ex uniuersalibus proprijs ad quæsita uniuersalia, quare et præmissæ top. habent tantũ figurã perfectam, & modos in particulari concludentes; dũ modo sint positæ præmissæ syllogismi cathe. et præmissæ demonstratiuæ habent figuram & modos perfectos uniuersaliter concludentes, & ideo dicit de his duabus tantũ præmissis, quia id, quod potest sciri uel ẽ uniuersale uel particulare si uniuersale utimur præmissis demonstrationis, si particulare utimur probabilibus præmissis, ut declaratũ fuit, syllogismus uero sophisticus & elẽchus apparet propter similitudinem habere formã, et nõ hȝ, dicitur. n. paralogismus uel syllogismus deceptionis unde Arist. primo elẽchorum primo inquit. nam sicuti aliqui uidentur pulcri alij propter decorem, alij uidentur componentes se, sic alij sunt syllogismi ueri, alij uero cum nõ sint apparent, quare concludit in fine cap. est autem syllogismus elencus apparens, & non existens, de syllogismo uero reth. & poetico nõ est dubitandum. si quidem non sunt ueri syllogismi. nam rethor utitur enthimemate pro syllogismo, quod est syllogismus imperfectus, & non habȝ notificare ignotum naturaliter. eodem modo nec syllogismus poeticus habet naturaliter ignotum notum facere, sed tantum methaphoras & similitudines inducere. Ex his sic declaratis patent uerba Auer. syllogismus uel præmissas, quæ inferunt naturaliter ignotum, cõuenire primo præmissis demonstrationis secundo topicis & probabilibus, & alijs si quæ sunt, quæ habent perfectã formam figuram & modum, dixit dubitando, quia uere nullæ aliæ præmissæ habent perfectam formam syllogisticam modo & figura constantem, & hoc modo intelliguntur uerba Auer. et tres causæ ab ipso assignatæ quare lib. priorum præcedit librum post. sed persoluta prima parte huius quæsiti, reliquum est uidere de secunda parte s. quem locum obtinet hic liber respectu librorum sequentium s. top. elencorum reth. et poet. in hoc

An lib. post. praecedat lib. top.

in hoc quæsito omnes conuenere, ꝙ lib. post. præcedit omnes, excepto lib. top. de hoc enim multi & maximi uiri tenent, ꝙ liber topico. precedit lib. post. de alijs non est dubiũ, ꝙ sequuntur. sed dubitant de lib. top. sed quia hæc põ habet & rationes satis apparentes, & auctores non obscuri nominis. ideo uidebimus primo opinionem istorum eorumq; rationes, deinde positionẽ Auer. eiusq; rationes, quibus perspectis ueriorem sustentabo, nulli addictus, Philopo. inter expox.

Põ Philo. & Auic.

Arist. certe absolutissimus, uult ĩ prologo huius libri librũ post. præcedere librum elencorum, triplici de causa primo quia liber elencorum inutilis est ad demonstrationem. quare importunum erit ipsum ponere ante librum de demonstratiõe cum nullam ei utilitatem afferat, secundo debet præcedere, nam maxime uerenda est conuersatio in mendatijs, priusq; uerum noscatur, nam nõ potest latere habitus acquisitus mendatiorũ per quem homo sit indispositus ad uerum cognoscendum, quare lib. elenchorum, qui de mẽdatijs, non debet præponi libro post. qui de uero pertractat. 3. dicit Philop. debet præcedere liber post. illũ, nã ueritas ante cognita mendatiũ cognoscere facit & illud redarguere, quare prius decet nos habituari ueritate, ut ipsi ad cõfutationẽ mẽdatij possimꝰ procedere, quare lib. post. cũ doceat instrumẽta acqrẽdi ueritatẽ, debȝ præcedere lib. elenchorum, qui de mendatio tractat, unde per istas rationes concludit hic bonus uir librũ post. præcedere librum elenchorum, sed quia in hoc nullus est dubius. ideo ponamus rationes eorum, per quas uolũt librum topic. præcedere librum post. & postea positionem Auer. declarabimus

Philop. & Auic. arguũt circa hanc quæst. pri-

Prima ratio.

ma ratione, quæ recitatur ab Auer. in illis uerbis { Quidam autem putauerunt } usq; ad illud uerbum exclusiue { scilicet id quo putauerunt } pro intellectu cuius rationis est sciendũ, ꝙ semper mos est Arist. quando de re aliqua tractare uult primo inuestigare de illa per sermones probabiles, demum ueritatem declarare per sermones demõstratiuos hunc ordinem ferè seruauit Ari. in omni quæsito inuestigando, in primo. n. physicorum de principijs rerum naturalium quærens numerũ et qualitatẽ, primo per probabiles rationes eorum numerum et naturas indagauit, demũ demonstratiuis, similiter circa quesitum de casu & fortuna circa quæsitum de loco uacuo & tempore, eundem ordinem seruauit in lib. de cœlo in lib. etiam de generatione & in omnibus libris, semper inuestigauit quæsitum rationibus topicis, ultimo demonstratiuis, hanc conclusionem posuit Auer. 3. meta. primo. 4. physicorum tertio, ꝙ consuetudo Aristo. est præponere sermones probabiles demonstratiuis dat causam Auer. primo cæli. 85. quoniam sermones probabiles cum sint faciliores demõstratiuis nos exercent, ut faciliori quodam modo demonstratiuos capere ualeamus ex his dictis Auer. ponit rõnȝ primam istorum { ꝙ quidam putauerunt } quæ formatur tali pacto per conuenientem similitudinem sicut se habet in scrutinio ignoti, ꝙ rationes dialeticæ præcedunt semper, deinde sequuntur demonstratiuæ, sic in doctrina, melius est ꝙ præcedat liber top. cum sit pars uniuersalior & cõmunior deinde succedat lib. poste. uerum hic est aduertendum ꝙ Auer. barbaris nominibus per scrutiniũ ignoti uult intelligere perscrutationẽ alicuius quæsiti. uel quæstionẽ alicuius rei quæsite, ĩ huiusmodi quæsito quærendo semper rationes topice præcedunt eo quia sunt communiores et faciliores discernentes uerum à falso, ubi hoc modo iam quesitum fuit perscrutatum, demõstrator accipit partem ueram derelinquendo falsam, & sic utitur rationibus demonstratiuis circa tale quæsitum, ergo si rationes topicæ præcedunt demonstratiuas cum sint faciliores & cõmuniores.

muniores. communia enim præcedũt primo phy. 4. q̃a sunt notiora, à simili liber top. d3 præcedere librũ post. Cum ille de cõmunibus tractet, hic uero de proprijs, uerum Auer. noster soluit hãc rationem in illis uerbis { .s. id quo putauerunt illi } sed ut ordinate procedamus ponemus primo omnes rationes huius opinionis, ultimo solutiões, ideo relicta hac solutione, descendo ad secundam rationem Auic. quæ ponitur ab Auer. in illis uerbis. {Circa quod iam errauit Auic. errore manifesto } usq; ibi { sed hoc esset uerum } & ratio formatur tali modo semper enim seruatum fuit in arte q̃ communia magis, & uniuersalia debent præcedere propria p°. phy. 4. sed lib. top. tractat de communibus & magis uniuersalibus, liber post. tractat de proprijs. ergo lib. top. debet præcedere librum post. maior est nota, minorẽ probat Auer. sed pro probatione est sciendum q̃ Auer. per præmissas diuulgatas intelligit præmissas topicas, nam præmissæ topicæ sunt diuulgatæ, quia uisæ omnibus pluribus, uel saltim sapi. per prima autẽ intelligibilia, Auer. intelligit præmissas demonstratiuas, quæ dicuntur primo intellecta primo post. com. 12. & 3. de anima. 36. quoniam principiorum est intellectus conclusiõis uero scientia. 6. ethycorum. 4. & 7. unde Auer. in secundo post. cap. penultimo in parafrasi, & Aristo. in tex. dicunt intellectus, quidem est propositiones primæ, quibus declaratis ratio Auic. est manifesta. si uniuersalia semper præcedunt particularia, cum præmissæ diuulgatæ idest topicæ, quæ considerantur in lib. top. sint cõmuniores primis intelligibilibus idest præmissis demonstratiuis, quæ tractantur in hoc lib. Ergo liber top. cum sit de uniuersalibus, præcedit, et pro hac confirmãda ratione est auctoritas Arist. primo post. cap. 5. quæ dicit propositionem topicam, utramq; accipere contradictionis partem, demonstratiua uero unam tantũ, quoniã uera est modo id, quod ad plura se extendit communius est q̃ id, quod ad pauciora, & ideo primo topi. dicebat Aristo. q̃ propositiones topicæ habent additum ad omnia problemata ad problema per se, & non per se, ad problema proprium & non proprium, necessarium & non necessarium, sed propositio demonstratiua habet tantum uiam ad quæsitum proprium & necessarium, quare de uniuersalioribus tractat liber top. q̃ post. præterea est regula Arist. 5. meta. primo q̃ ea debent præcedere in doctrina, unde quis facillime adiscit, sed ea, quæ tractantur in lib. top. sunt facilliora his, quæ in lib post. pertractãtur, nam ea, quæ tractantur in lib. top. sunt nota omnibus pluribus uel saltim sapientibus, cum sint uulgata, sed ea, quæ in lib. post. pertractantur cum sint naturæ nota primo post. 12. erunt saltim sapientibus nota. immo forte nec omnibus sapientibus, siquidem Aristo. primo post. cap. 24. postea q̃ declarauit regulas et modos cognoscendi præmissas demonstratiuas inqt, difficile autem ẽ scire, si nouit uel non. quare difficile est cognoscere regulas, quæ constituunt præmissas demonstratiuas, secus autem est de regulis topicis, quæ omnibus sunt notæ. cum uulgatæ sint, præterea est Et alia ratio, quæ probat librum topicorum præcedere cum de uniuersalioribus tractet. nam id est uniuersalius à quo (ut aiunt) nõ conuertitur subsistendi consequẽtia, ut patet. 5. meta. cap. de priori, & in post prædicam. eodem cap. & hoc modo Arist. primo priorum cap. 5. probauit prius tractandum esse de syllogismo, si quidem prior est syllogismꝰ demonstratione, tunc arguitur ex hoc, cum omnis præmissa demonstratiua sit topica & non econtra, ergo topica præmissa est uniuersalior, hoc enim patet, nam præmissa demonstratiua & maxime in demonstratione simpliciter est sensata per se nobis & naturæ nota primo post. cap. 33.

Ratio. 2. Auic. — Ratio. 4. — Ratio. 5. — Ratio. 3

& com. 133. ergo est topica, si quidem præmissa topica est uisa omnibus pluribus uel sapientibus. quare omnis propositio demonstratiua erit topica si quidẽ demonstratiua est uisa, omnibus pluribus uel sapi. sed non ualet econtra, est præmissa topica ergo demõstratiua nam licet præmissa top. sit uisa omnibus pluribus uel sap. non tamen erit demonstratiua, si quidem propositio demonstratiua debet esse propria primo post. cap. 5. mõ propositio uisa omnibus uel pluribus ucl sap. põt esse communis. & ideo non demonstratiua quare top. præmissa uniuersalior, ergo primo deb3 cognosci, & per consequens liber top. tractans de illa debet præcedere librum post. tractantem de præmissa demonstratiua. Est & alia ratio sumpta ex ordine Ari. eiusq; consuetudine, consueuit enim Arist. semper perfectiorem & nobiliorem rem, in ultima scientiæ parte pertractare. sicuti in lib. phisicorum in quo ultimo pertractauit de primo motore tanq̃ de perfectiori, & nobiliori re considerata inter omnia considerata in illo lib. similiter in lib. de anima ultimo pertractauit de intellectu. qui est perfectior pars animæ, eodem pacto in lib. metaphysic. ultimo pertractauit de sub͂a immobili, prima intelligentia, cum sit perfectissima res cõsiderata omnibus entibus mundi, & hic ordo uidetur habere rationem ex tex. Arist. 9. meta. 15. ubi inquit, q̃ in natura semper ultimo producuntur perfectiora & quæ primo generantur sunt imperfectiora. eodem pacto ĩ arte, cum sit asecla naturæ quod perfectissimum consideratum est, debet ultimo pertractari. cum igitur demonstratio & definitio sint instrumenta perfectissima omnium, quæ in logica consideratur, ergo ultimo loco debent tractari et cognosci. quare cum lib. post. de his agat ultimo loco uenit reponendus, Ad hanc rationẽ accedunt auctoritates aliquæ Ari. nam ipse in primo post. cap. 5. com. 13. & 14. declarat propositionẽ topicam & hoc non posset rite agere nisi ipsa uteretur, ut prius declarata in lib. top. amplius in cap. 27. eiusdem primi secundũ Auer. in com. 85. habet Aristo. topicum interrogare præmissas, non autem demonstratorem, & inquit sicut dictum est prius in his, quæ de syllogismo, q̃ non potest intelligi nisi in his, quæ de syllogismo topico in lib. top. fuere pertractata ibi enim Arist. docet quomodo possumus interrogare præmissas topicas, & non potest intelligere librum priorũ quia ibi non docet aliquid de præmissa topica, sed bene de præmissa ut præmissa, ergo si Aristo. prius dicit se dixisse de interrogatione præmissæ topicæ, in libro de syllogismo. per quem non potest intelligere librum priorum, cum ibi nihil topicæ præmissæ inuestiget, ergo habet intelligere librum top. & sic prius & priori loco est ponendus, hæ sunt auctoritates & rationes pro hac opinione, quæ certe non uidentur alienæ à uia Arist. Auer. uero noster tenet aliã opinionẽ, quã ueriorem reputo q̃ liber post. præcedit librum top. uerum pro intellectu eius opinionis est sciendum q̃ ordo est duplex ut declaratur ab Auer. in primo metheororum cap. primo, quidã est ordo secundum necessarium, quidam est ordo secũdum melius, ordo doctrinæ secundum necessarium, est ut priora & causæ de necessitate præcedant, cognitionẽ posteriorum ut Arist. declarauit primo phy. primo, q̃ cognitio rerum sensibilium de necessitate requirit cognitionem causarũ & hoc modo dicit Auer. loco allegato liber de anima de necessitate præcedit librum de animalibus, alio modo est ordo secundum melius & est quando incipimus ab his, unde quis facillime adiscit. 5. meta. primo, & hoc modo dicit Auerro. librum de animalibus præcedere librũ de anima nam composita & effectus sunt nobis notiores, hic ordo secundum melius potest esse etiam aliquando secundum nobilius, ita ut melius sit aliquando

Ratio. 6. — Opĩo Auer.

Alia ordinis diuisio quæ est duplex quia ordo capitur dupliciter: secundum necessarium uel secundum melius

Ordo secundum melius quod est capi secundum nobilius

quando procedere nobiliori ꝗ admodũ declarat Auer. secundo de anima.77.ubi Auerro. dicit ꝗ lꝫ tactus sit uniuersalior uisu, tamen Ari.ordinauit considerationem de his uirtutibus secundum nobilitatem,non secundũ naturam, & ideo primo incepit à uisu quia est nobilior alijs sensibus,eundem ordinem seruauit Ari. in hoc primo post.in quo primo pertractauit de demonstratiõe simpliciter quæ est perfectissima omniũ,ꝗ de demonstratione in cõmuni ad tres species demõnis, et hoc quia est perfectior alijs, de quibus tractat in cap.30.quoniam seruat ordinem nobilitatis,ex quo potest solui una dubo,quæ mouetur à latinis. si cõmuniora præcedunt, cum demõ sit quoddam cõmune analogum ad tres species demonstrationis, quare primo non tractauit de demonstratiõe in cõmuni,uel de præmissis demõnis in cõmuni ad tres species.cum primo loquatur de præmissis demonstrationis simpliciter,ad hanc dubitationem ex dictis patet solutio, ꝗ Arist: hic sequutus est ordinẽ nobilitatis , licet enim primo debuisset tractare de præmissis demõnis simpliciter ordine naturæ & necessitatis , tamen primo loquutus est de præmissis demonstrationis simpliciter, sectans ordinem nobilitatis, sicut fecit de sensu uisus secundo de anima.77. uel possumus dicere, quòd primo loquutus ẽ de præmissis demõnis simpliciter,qa illæ amplectũtur cõditiones demõnis qa et propter quid, cum absoluant utraq; quæstium.et non econtra,si quidem demonstratio simpliciter continet demonstrationem quia,& propter quid, & est causa aliarum demõstrationũ primo post. 10. sed non econtra, tamen ut cunq; sequutus est ordinem nobilitatis Ex quibus declaratis patet intentio Auer. in illis uerbis quando dicit ‖ Non est autem res ulla in ista doctrina inferens præponi ‖ idest non est ulla res.i.rõ inferens uel necessario probans , per quam possumus in ferre ipsam doctrinam .s. demonstrationis præponi uel præcedere uel post poni reliquis proprijs libris .s. quatuor libris topi. elencorũ poet. & retho. ergo lib.post. non præcedit secundum necessarium ordinem,librum topico. & alios , sed dans ordinem.d. id uero fit propter id , quod melius ẽ ‖ melius meo iuditio, staret propter id, quod nobilius est ‖ nam parum post .d. nam ipse est qui primo intenditur à cõmuiori parte .i. à syllogismo,reliqui uero secundo intenduntur, pro quorũ uerborum intellectu est sciendum. ꝗ id primo intenditur & principaliter ab agente,quod habet rationẽ finis, si quidem agẽs propter finem agit, reliqua uero,quæ intendũtur.intenduntur propter finem , sic in doctrina,primo.intẽditur et desideratur finis qui est nobilior omnibꝰ,considerans in illa scientia. ex his omnibus ponit Auer. suam opinionem ꝗ lib.post. dicitur præcedere librum top. ordine secundum nobilius,quia id præcedendum secundum nobilius,quod est perfectius & nobilius.sed demonstratio, est perfectior & nobilior syllogismo top. & elenco. & alijs speciebus ,ergo debet præcedere tractatus de demonstratione illos, ꝗ autem demonstratio sit nobilior probat Auer.quia primo intentum à cõmuniori parte .i.à lib.priorum,qui dicitur de uniuersaliori parte.i. de syllogismo,q est oĩbus spẽbus uniuersalior,est demõ , nã de syllogismo tractatur gratia demonstratiuæ disciplinæ,quæ primo & per se desideratur ; si quidem ut diximus in cap.de utilitate, felicitas hominis,quæ est per scientias speculatiuas,hoc acquiritur , instrumento, et iõ demõ desideratur propter se, aliæ syllogismorũ species desiderãtur ob aliud, quare ordine nobilitatis liber post.præcedit,librũ top.et alios, ‖ sed dices ergo prius deberet tractare de definitione q̃ de demõne.cum sit perfectior & nobilior,dico ꝗ lꝫ ordine nobilitatis hoc sequeretur,tamẽ quia demõ continet in potentia definitionem primo post.com.11.iõ primo de demõne & iõ de ipsa proponit

ipsa proponit et epilogat secundo qa demõstratio est facilior cognitu q̃ definitio , quia ex accidentibus proprijs constat , quæ magnam partem conferunt ad cognoscendum quid,tertio quia dictum fuit in lib.priorum de una parte demonstrationis, consonum erat de altera parte pertractare ad notitiam eius completam , ut declaratum fuit supra , patet ergo quòd ordine nobilitatis lib. post. præcedit librum top. cum tractet de nobiliori instrumento faciente scire , quod est finis aliarum specierum syllogismorum , modo finis est perfectior his, quæ ad finem sunt , & ideo Auerroes in fine huius prologi capitulo de proportione dicebat , quòd reliquæ artes uel partes logices . deductæ sunt ut subministrent scientiæ , demonstratiuæ . ergo scientia demonstratiua est ut finis istarum,quare nobilior , ergo ordine nobilitatis debet præcedere uerum Auerro. noster non tantum defendit librum poste. præcedere librum topic. ordine nobilitatis, si quidem in hoc nullus dubitat,sed defendit librum hunc præcedere librum top. non solum hoc ordine nobi. sed etiam ordine secundum necessarium & secundum notius, et hanc conclusionem ponit Auer.in illis uerbis quando d. ‖ posset enim asseri, ꝗ nesciat regulas,qbus acquiruntur ‖ uerum pro intilligendis uerbis Auerro. est sciendum , ꝗ Aristo.dixit in primo priorum p°. in lib.hoc doceri demõstrationem,qua acquiritur scientia perfecta rei,sed in lib.top.docet Ari.modum cognoscẽdi præmissas topicas quæ præmissæ topicæ,cum sint diuulgatæ uisæ omnibus uel pluribus,habent agenerare opinionem non sciẽtiam , quæ opinio non est habitus certus & firmus faciens cognoscere rem , sed potest uariari , si quidem præmissæ topicæ & probabiles cum uideantur ueræ apud aliquos apud uero alios uero non habent agenerare opinionẽ,præterea est sciendum , quòd propositio est uulgata habitum esse notiorem priuatione , nam ratio cuiuscunq; notitiæ est actualitas nono metaphysices .20. cum ergo habitus sit ens in actu,priuatio est non ens,merito habitus est notior priuatione,immo priuatio cognosci non potest nec intelligi absq; habitu , sed habitus in sui cognitione non indiget priuatione, dicebat enim Ari. .5. metaphysices capi. de oppositis & in post prædica. ꝗ priuatio definitur per respectum ad habitum, si quidem priuatio est carentia habitus in subiecto apto nato. ut declarauit lucidissimus Themist. .5. phys. super tex. 22. & simp. in primo phys. in comm. suo .61. à quibus sumpsit Auer. in .4. meta. com. 4. cum ergo priuatio sit carentia formæ in subiecto apto nato recipere illam formam non cognoscitur nisi per habitum,cõclusionem hanc posuit Auerro.12. metaphysices .37. dicens priuatio non cognoscitur nisi in respectu sui habitus , ꝗuis Auerro. 8. physi.27. dicat,quòd in quibusdam accidit describere habitus per negationes,hoc est raro , uerum quando hoc sit,excederet nostrum Scopum hoc declarare , quare cum in definitione habitus non sit opus priuatione , sed econtra . nam cæcitas definitur per uisum , quod est carentia uisus in oculo apto nato uidere, sed uisus absq; cæcitate definitur & cognoscitur ꝗ Ari. explicauit primo de anima.81.dicens recto cognoscimus ipsummet & obliquum, semper ergo notior erit habitus priuatione, ultra est sciendum, ꝗ Auer. sumit scientiam esse habitum,opinionem uero esse priuationem , nam scientia est habitus conclusionis, per demonstrationem acquisitus,opinio uero est priuatio scientiæ & ueritatis,nam scientia est habitus firmus uerus , sed opinio est contingentium ut. d. Aristo. primo poste. cap. penultimo, quæ nõ sunt certa & uera sed possunt uariari , ideo est priuatio ueritatis & scientiæ,qua acquiritur ueritas rei, his sic declaratis , firmatur ratio

Solutio

Alia solutio

Auerroes tali pacto, probat librum post. praecedere librū top. ordine notitiae, et necessitatis, sicut se habent fines inter se, sic se debent habere media, quae ducunt ad fines inter se, sed scientia quae est finis demonstrationis, est notior opinione, quae est finis syllogismi topici, ergo lib. posteriorum cum tractet de demonstratione tanquam de notiori, praecedere debet si quidem notiora praecedunt in doctrina, praecedit etiam ordine necessitatis, nam non possumus scire opinionem, quae se habet ut priuatio, nisi sciamus demonstrationem, quae se habet ut habitus, ergo nō possumus cognoscere praemissas topicas, quae ducunt ad opinionem, nisi praecognoscamus premissas demonstratiuas, quae ducunt ad scientiam, quod uero non possimus cognoscere opinionem, nisi praecognouerimus scientiam, patet, si quidem opinio definiri non potest absq; quod cognouerimus scientiam, nam opinio est scientia imperfecta, uel est priuatio scientiae certae, ecce qualiter in definitiōe opinionis capitur scientia, sed non econtra. nam scientia est habitus acquisitus per demonstrationem, non enim indiget in sui definitione opinione, quare cum sit notior, & liber posteriorum tractet de instrumento ducente ad scientiam, liber topic. de instrumento ducente ad opinionem, quod de necessitate sequitur librum posteriorum praecedere librum topic. ordine & notioritatis & necessitatis, sed Auerro. noster dubitat contra hanc rationem & soluit in illis uerbis. { Nisi esset habitus } nam habitus et priuatio sunt relatiua, sicuti. n. refertur priuatio ad habitū, sic refertur habit9 ad priuationē, sunt .n. simul et in cognitione, et in eē quemadmodum est lex relatiuorum in quorum definitionibus, licet utrisq; uti, ergo cum sint relatiua, oportet quod unū per reliquum definiatur, hanc dubitationem soluens Auerro. dicit quod priuatio & habitus possunt bifariam capi. uno modo inquantum habitus & priuatio sunt, idest sub propria ratione habitus. & sub propria ratione priuationis, nam id uerbum inquantum, quod ab Auerroe dicitur { ex parte qua } denotat rationem formalem & propriam, Sed si ut latinis placet loqui uolumus, uno modo accipitur habitus & priuatio formaliter, quod est sub proprijs rationibus. & quia ratio propria habitus est perfectio, ratio propria priuationis est imperfectio 10. meta. et. 15. & 16. ideo sub istis rationibus proprijs, accipiendo habitum pro perfectione, priuationem pro imperfectione, sic sunt relatiua & simul sunt & simul definiuntur, unum enim sine reliquo definiri non potest, & sic habitus est carentia imperfectionis uel priuationis, priuatio autem erit carentia perfectionis. ecce quomodo ut sunt relatiua & formaliter. unum definitur per reliquum, secundo modo possunt capi habitus & priuatio. pro rebus subiectis, habitui & priuationi, quod à latinis dicitur, materialiter, & ut sic, non sunt relatiua, sed sunt suba relatiuorū et hoc secundo modo non sunt simul natura nec simul definiuntur & cognoscuntur, nam res, quae est habitus non pro formali, sed pro materiali, quae est uisus, definitur & cognoscitur sine caecitate, sed non econtra, res quae est caecitas, non potest cognosci absq; uisu, exemplum est, pater & filius si capiantur ut sunt relatiua pro formali, sic unū capitur in alterius definitione & econtra, immo sunt simul natura & tempore & simul cognoscuntur, si uero capitur pater pro sorte homine, qui est subiectum istius relationis paternitatis, & filius pro platone, qui est subiectum filiationis, sic non sunt simul, nam res, quae est pater est prior re quae est filius pro materiali, & non simul cognoscuntur. Aliud exemplum afferunt iuniores & certe satis ad propositum scilicet genus & species posse dupliciter capi uno modo

sub

sub rōe formali et sunt ut sic, relatiua ut genus praedicatur in quid de differentibus specie. & ut species praedicatur ī quid, de differentibus numero, nam iste sunt eorum formales rationes & definitiones, ut sic genus & species sunt relatiua, dicebat enim Porfirius. species est generis spēs & genus speciei genus, simul enim definiuntur & cognoscuntur, secundo modo possunt capi genus & species non sub ratione eorum formali, sed pro rebus subiectis generi & speciei, ut puta genus pro animali, species pro homine, si quidem quod sit genus uel species hoc est opere intellectus .5. meta. 30. & ut sic accipiendo, genus et speciem pro rebus, illis, subiectis, sic non sunt relatiua essent enim accidentia, modo ut sic sunt in praedicamēto subē nec simul definiuntur, sed unum definitur per aliud & non econtra. nam homo quia constat ex animali, definitur per aīal quod est prius eo, definitiones enim sumuntur ex principijs intrinsecis rei primo de anima .5. ideo animal necessario ingreditur hominis definitionē, sed homo non ingreditur definitionem aīalis, tum quia animal est prius illo. tum etiam, quia nō est principium eius, his stantibus patet responsio Auer. habitus & priuatio sunt relatiua, cōcedo sub rationibus proprijs. i. inq;tū habitus & priuatio, uel formaliter, pro perfectiōe & īperfectiōe, sed nego pro subiectis eorū. i. pro rebus subiectis perfectioni & imperfectioni, et haec est respōsio peripatetica, quae nō tantū deseruit huius argumenti solutioni. sed multis latinorū cauillis soluēdis. uerū cōtra hāc solutionē Auer. iterū instat uerū pro intellectu argu. Auer. quod est difficile, est intelligendū, quod praemissae demōstratiuae quae sunt per se notae notificantur per propositiones probatas hominū cōsensu, ut Auer. d. primo post. co. 7. et secūdo caeli. 22. quae propositiones hominū cōsensu probatae sunt uulgatae et topicae, quae uidētur omnibus pluribus uel saltim sap. et ideo Ari. primo post. cap. 33. dicebat principia demonstratiua notificari inductione, quae est rō ex praemissis topicis procedēs. ergo praemisse topicae cōferūt cognitioni praemissarū demōstratiuarū et sunt adiuuantes ad scientiā generandā, praemissae uero demōstratiuae perficiūt cognitionē praemissarū top. recto .n. cognoscimus obliquū & nunq; cognosceremus aliquod declinare à uero, nisi prius qd uerū sit cognouerim9. ex his Auer. probat, quod praemissae topicae et demōstratiuae, quae in lib. post. & top. tractantur sunt mutuo relatiua, & sic una non pōt cognosci sine reliqua. ut ipse dixit, & arguit sic, cognitio praemissarum demonstratiuarum est perfectio et habitus, cognitio praemissarum top. est imperfectio, & priuatio perfectionis scientiae, ergo una per alteram cognoscitur & definitur, ad hoc Respondens Auerro. in illis uerbis, { & id circo nostra interest dicere } usq; ibi { dicimus enim nos } inquit Auer. quod uerū ē praemissas demōstratiuas aliquod habere iuuamē per cognitionē praemissarū topic. quae agenerare habent opinionē, & ēt praemissas topicas perfici per cognitionē praemissarū demōstratiuarū, uerū differēti mō iuuaminis et cognitionis, siquidē perfectio quā habent praemissae topicae à demōuis, illis cōuenit inq;tū ipse, perfectio uero si aliqua est, quā hēant praemissae demōstratiuae à topicis uel scientia ab opinione, nō cōuenit eis inq;tū ipse, sed cōuenit per accidens, declaro respōsionē, nam in doctrina Auer. et Ari. idē est dicere inq;tū ipsum, quod secundū propriā naturā, et definitionē, ac id, quod per se īmediate primo alicui inest nō per aliud, illi secūdū quod ipsuз cōuenire dicitur, sed id quod alicui cōuenit nō secūdū quod ipsum, sed per aliud per accidēs ei conuenire dicitur, ut Ari. declarat primo post. cap. 13. unde Auer. quaesito. 3. post. hз id, quod non est primum praedicatum est per accidens, ergo quod cōuenit alicui nō per propriā definitiōē et secūdū quod ipsū

per accidens illi conuenire dicitur, his declaratis. inquit Auerro. ꝙ præmissæ topicæ præmissis demonstratiuis afferunt aliquã utilitatem & præmissæ demonstratiuæ perficiunt top. præmissas sed differenti modo, nam imperfectio, quæ cõuenit præmissis topicis & opinioni ageneratæ ex illis. conuenit illis secundum ꝙ ipse, & per propriam definitionem, sed perfectio si qua dici põt conuenire præmissis demonstratiuis à præmissis topicis uel potius utilitas nõ conuenit illis nec scientiæ ageneratæ ex illis per se & secundum ꝙ ipse, & ꝙ hoc sit uerũ probatur, nam si quis uult definire scientiam, in eius definitione non cadit opinio nec imperfectio, nam scientia proprie definitur, ut est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus. sed in definitione opinionis cadit scientia per se, nam opinio est scientia imperfecta uel priuatio scientiæ, ecce qualiter in definitione per se opinioĩs cadit sciẽtia, ergo perfectio quæ conuenit opinioni est à præmissis demonstratiuis idest eius definitio est per illas uel perficitur per illas, nam sicuti se habent fines inter se sic & instrumenta. si opinio se habet ad scientiam, ꝙ eius perfectio uel definitio est, per sciẽtiam ingredientem eius definitionem & nõ ecõtra. ergo ita se habent præmissæ inter se top. et demonsteatiuæ & ideo Auer. dicit { Tu autem intelliges hoc per definitionem scientiæ & opinionis } ꝙ opinio habet per se in definitione eius scientiam, sed non econtra ut declaraui, nam dicimus, ꝙ opinio sit scientia imperfecta, sed non absoluitur modus ꝙ dicamus scientiam esse opinionem perfectam { nisi translatione } Respondet Auer. cuidam tacitæ difficultati posset enim quis dicere, ꝙ scientia definitur per opinionem, nam possumus dicere, ꝙ scientia est opinio perfecta, uel perfectio opinioĩs, et opinio definitur per scientiam. ergo sunt relatiua. Respondet Auer. ꝙ nũq̃ sciẽtia definitur per opinienem, nisi metaphorice idest similitudinarie, nam methap. est rei fictio, inquit in parafrasi poeticorum Auer. ut metaphorice dicimus prata ridere. quo stante dicit Auer. ꝙ scientia uere ponitur in definitione opinionis, nam opinio est priuatio scientiæ sed non uere dicitur opinionem esse scientiam imperfectam, sed si aliquando dicitur hoc est metaphorice non uere, sed est sub fictione tranrferente nomen uerum scientiæ ad aliquod cui non conuenit ueræ nisi ficte & metaphorice, modo demonstrator non utitur nominibus metapho. sed ueris & proprijs, Alio pacto possunt intelligi uerba Auerro. quæ incipiunt { & id circo nostra interest dicere } usq; ibi exclusiue { dicimus .n. nos } quòd Auer. uelit, quòd lʒ præmissæ topicæ afferant aliquam utilitatem & perfectionem præmissis demonstratiuis & præmissæ demonstratiuæ topicis sed tamen differenti iuuamine & perfectione, nam præmissæ topicæ ad hoc, ut habeant robur & efficatiam indigent confirmatione propositionũ demonstratiuarũ quæ agenerant ueritatem rei, & ideo Aristoteles post sermones probabiles apposuit semper demonstratiuos, ut illis daret perfectiomem, qua possint agenerare fidem, & ideo dicit Auerro. { perfectio uero, quæ conuenit cognitioni diuulgatarum idest præmissarum topic. quæ dicuntur diuulgatæ, quia uisæ omnibus pluribus uel sapien. per cognitionem præmissarum uerarum est perfectio secundum ipsas, i. conuenit illis per præmissas tantum demonstratiuas, nam præmissæ demonstratiuæ habent hoc solum scilicet agenerare ueritatem, sed præmissæ top. nõ agenerãt ueritatẽ se ipsis, nisi hoc hẽant à premissis demõstratiuis } sed perfectio uerarũ nõ est secũdũ ipsas } .i. ut præmissæ demõstratiuæ agenerent perfectionem & ueritatem non est hoc } Secundũ ipsas idest non conuenit eis secuudum præmissas topicas, nam se ipsis possunt agenerare scientiam

tiam absquè præmissis topicis ergo non est secundum ipsas præmissas top. perfectio præmissarum demonstratiuarum, sed si aliquam afferunt utilitatem hoc est per accidens, non ratione præmissarum demonstratiuarum, sed ratione naturæ hominum, ut Ari. & Auer. declarant secundo meta. 15. inquit .n. Ari. ꝙ sunt quidem homines, qui non credũt prius intellectis, nisi inq̃tũ sunt famosa, ecce clare qũo propositiones probabiles possunt afferre utilitatem demonstratiuis, non in se sed respectu talis naturæ hominum qui non credunt rationibus demonstratiuis, nisi fuerint confirmatæ per rationes diuulgatas & per hominum testimonia, accidit etiam hoc hominibus in quibus uirtus imaginatiua dominatur supra cogitatiuam, & isti non credunt demonstrationibus nisi imaginatio cõcomitetur eas dicit Auer. quare perfectio, quæ accidit si qua est præmissis demonstratiuis à topicis non est secũdum ipsas sed per accidens & respectu naturæ hõium, de quibus dixit Ari. & Auer. et hoc modo uidetur satis conuenire hæc expositio uerbis Auerrois. Sed circa dicta Auerro. est una dubitatio, quæ mouetur à iunioribus, si Auer. dixit scientiam & priuationem se habere unum ut habitus, reliquum ut priuatio, ergo ista cum sic sint opposita, habent fieri circa idẽ. nam in post prædicamẽtis habet Aristote. cap. de oppositis ꝙ priuatio est in subiecto apto nato recipere habitum, modo hoc est falsum, si quidem scientia est rerum eternarum & necessariarum opinio uero est rerum uariabilium & contigentium. ergo non sunt circa idem subiectum, ad hanc dubitationem, quicquid dicant alij. Respondeo quòd opinio & scientia habent fieri circa idem. nam eadem res potest esse ab' uno scita uere, & ab alio opinata, et ꝙ hoc sit uerum Auerro. primo poste. com. 38. habet ꝙ unus errandi modus est quando demonstramus, & credimus haud demonstrasse, ecce unus credit demõstasse et nõ habebit scientiam, alter credet non demonstrasse, & habebit opinionem, quare circa eandem rem continget opinio & scientia, sed dices contra id, quod scitur est eternum, quod opinatur est contingens, dico ꝙ idem re est subiectum quod scitur, & quod opinatur, sed dicitur opinari respectu hominis, tamen in se potest esse eternum. potest autem esse contingens apud sic credentem, hanc responsionem declarauit Aristo. primo posteriorũ cap. ultimo, patet ergo ex his dictis quomõ lib. poste. ordine necessitatis & facilitatis præcedit librum topic. & quomõ uerba Auerro. intelligantur. Sed ut corroboremus opinionem Auerro. ponemus alios rationes, & auctoritates primo si liber topic. præcederet librum posteriorum quæro quo ordine præcederet, uel ordine nobilitatis, uel necessitatis, uel ordine secundum melius & facilitatis, non enim datur alius ordo, non præcedit ordine nobilitatis, ut etiam ipsi fatentur, nam demonstratio perfectior & nobilior est syllogismo top. nec liber topic. debet præcedere librum posteriorum ordine secundũ notius & melius, pro intellectu cuius cãæ est sciendum, quòd illa in doctrina debent præcedere secundum notius, quæ sunt notiora & facilliora, ista autem sunt magis uniuersalia primo physicorum .4. quæ continent particularia. sicut totum continet partes, modo, quæ considerantur in lib. top. & posterio. sunt duæ species præmissarum, quarum una non est uniuersalior reliqua, ita ut una sit notior altera, quia uniuersalior, nam istæ sunt species æque diuisæ quarum una non est uniuersalior reliqua, quia una non continet reliquã immo potius, ordine facilitatis lib. post. præcedet librũ top. si quidem præmissæ demonstratiuæ forte magis uidentur notiores q̃ top. præmissæ, nam præmissæ demonstratiuæ semper sunt determinatæ & uno se habẽtes mo

Ratio proprie Auer.

 do

do nunq; uariabilis scilicet peruerum falsum, necessariũ cõtingẽs possibile præmissæ topicæ cum sint multis modis uariabiles .s. per uerũ falsum, necessariũ contingens possibile impossibile, uidetur, q difficiliori modo cognoscantur, q hoc sit uerum Ari & Auer. primo post. 94. habent q facilior est resolutio demonstratiua, q̃ topica, dat causam Aristo. & Auer. quia demonstratiua resolutio habet inuenire unam causam tantum, & unam præmissam .s. ueram, sed rosolutio topica habet inuenire plures præmissas, modo facilius est inuenire unum; q̃ multa, ex quibus p3, q cum resolutio tendat ad præmissas, ut declaratũ fuit supra, præmissa demonstratiua cum accipiat unũ tantum, facilior erit, topica uero cũ sit multiplex erit difficilior, quare potiꝰ ordine facilitatis lib. post. præcedet librum top. tum etiam cum dictũ sit Ari. primo de aĩa. 85. q recto cognoscimus obliquum, quare rectum erit notius obliquo, ergo præmissæ demonstratiuæ potius erunt notiores topicis, cum ueluti rectum quid se habeãt. sunt.n. ueræ & necessariæ, et ideo Ari. primo top. cap. primo, definit pº syllogismũ secũdo demõnem. 3. top. ultimo sophi. & in primo elencorum cap. secũdo in fine recapitulat se dixisse primo de demonstratiuo, secũdo de top. 3. de litigioso. d. uelle loqui, quare uidetur. q Ari. ponat ordinẽ necessarium horum librorũ, ubi p3 semper librũ post. præposuisse lib. top. & Ari. primo priorum primo proponẽs intentionem simul & semel proposuit intentionem lib. priorum & poste. quare absurdum esset, medium ponere librum topic. inter hos libros & in cap. 5. Ari. ordinãs hos libros, inquit prius dicendũ est de syllogismo. post hoc de demonstratione, dans causam dixit, quia syllogismus est uniuersalior demonstratione, & non dixit prius, de syllogismo, postea de top. sed post de demõne, et Auer. inquit post hunc tractatum, in mediate loquetur de demõne, & n fine secundi post. co. 100. epilogauit simul iũnctim sine aliquo inter medio. de syllogismo dictũ fuisse & de demonstratione quare ĩmediatus est lib. post. libro priorum, ultra probatum fuit supra librum priorum & post. unum esse librum, ab una re tractata, ab una intentione & uno fine, si .n. lib. top. medius esset, inter librum priorũ et post. nõ esset unus liber, immo non esset ordo propositus ab Ari. primo priorum cap. primo, & epilogatus secundo post. cap. 26. præterea dixit Auerro. q isti duo libri considerãt de duabus partibus uniusmet rei, ut dixit in cap. de intentione qũo, ergo erit possibile, q non sint essentialiter connexi ad inuicem, Adeo ut non cadat medium inter illos, quare nõ præcedet lib. top. ordine facilitatis, nec tertio præcedet ordine necessitatis, si quidem ordo necessarius est, ut principia semper in cognitione præcedant illa, quorum sunt principia primo phy. primo. modo præmissæ topicæ non sunt principia præmissarum demonstratiuarum, nam principia, et ea, quorũ sunt prĩcipia, dicũtur esse eiusdem ordinis & coordinationis, modo istæ species præmissarũ nõ sunt principia & principiata, sed sunt species æque diuersæ. ut homo & capra, quorum unum non est principium alterius quare nec ordine necessitatis lib. top. præcedit, p3 ergo opinio Auer. q lib. post. præcedat ordine facilitatis, sed quo uis modo res se habeat inquit Auer. {Expedit incipere ab ea, quòd naturaliter est magis dilecta} .i. à re nobiliori & perfectiori, quæ quidem magis desideratur, & est scientia demonstrationis, quæ in potentia continet quæsitum quid primo post. co. 11. sed ne dubitationis locus relinquatur, necessarium est soluere rationes in oppositũ. Prima ratio soluitur ab Auer. in illis uerbis. } scilicet id, quod putauerunt illi est quid fictum } & q̃uis hanc solutionem ultimo declarem. hoc feci, ut ordinate procederem, erat prima ratio, sicut se habet in quæsito inuestigãdo,

Solu. primæ Rationis Auic.

do, q semper rationes topicæ præcedunt demonstratiuas sic & lib. top. d3 præcedere lib. post. pro solutione est notandum uerbum Auer. in parafrasi primi top. in prĩcipio quòd in quacũq; arte sunt duo, quorũ unũ est scientia rerum & methodorum, quibus cõstituitur, & altera est exercitatio illarum institutionum earũq; usus, sicut ẽ ĩ arte medica, inquit ipse sunt regulæ, quibus acquiritur talis ars & est exercitiũ, & usus illarum, ex quo continuo usu generatur habitus, quo facillime & prompte possumus operari, quo stãte respondet Auer. q usus præmissarum topicarum præcedit usum præmissarum demonstratiuarum, ergo præmissæ topicæ præcedunt præmissas demonstratiuas, negat similitudinem & proportionem Auer. nam præmissæ top. & demonstratiuæ sunt duæ species æque diuisæ, quarum una non est uniuersalior reliqua, ergo pars topica & demonstratiua sunt duæ partes logices æque distinctæ, ut .d. Auer. in cap. de proportione & sic una hac ratione nõ præcedit reliquã sed potius esset dicendum librum hunc præcedere librum top. ut declaraui, causa uero quare similitudo non tenet, est hæc, nam in scrutinio uel quæsito, rationes topicæ præcedunt demonstratiuas, quia ista quæstio uel scrutinium est usus doctrinæ nõ doctrina, in quo usu disputans uel quærẽs rei ueritatem, primo utitur rationibus topicis secundo demonstratiuis, & hoc quia rationes topicæ procedunt ex cõibus, quæ sunt faciliora, demonstratiuæ uero cum sint ex proprijs, sunt difficiliores, ideo in eadem met arte in usu doctrine utimur primo topicis rationibus secundo demonstratiuis, ista uero ratio non est seruanda inter doctrinam demonstratiuam et topicam, quia istæ doctrinæ uel species doctrinæ sunt res æque diuisæ, quarum una non est uniuersalior reliqua, et ideo una non dicitur præcedere reliquam, quia uniuersalior, doctrinam uero topicam nõ dici uniuersaliorem doctrina demonstratiua, probat Auer. si quidem uniuersale .7. meta. 43. & primo physi. 4. continet sub se in potentia particularia, ut etiam declarat Auer. primo post. tertio uerum d3 continere particularia respectu, quorũ est uniuersale, & non alia diuersa à sua coordinatione, dicebat enim Ari. primo phy. primo, q materia prima est uniuersale respectu materiæ propriæ. non respectu finis uel efficientis, hinc dicit Auer. si doctrinæ species, quæ docetur in lib. top. esset uniuersalior specie doctrinæ, quæ docetur in lib. post. tunc cum uniuersale continet sub se in potentia particularia, cum Ari. doceret præmissas uel conditiones subiecti libri top. in potentia doceret conditiones præmissarum demonstratiarum, sed hoc est falsum, nam sunt species diuersæ, quarum conditiones sunt æque primo diuersæ, & ideo dicit Auer. { cõditiones præmissarum uerarum, quibus illæ regulantur sunt aliæ à conditionibus præmissarum probabilium quibus illæ regulantur } ecce qualiter una non est uninersalior reliqua, cum sint specie differentes nam conditiones præmissarum topicarum sunt, q sint testimonio confirmatæ scilicet apud omnes plures uel sapientes, sed conditiones demonstratiuarũ sunt, q sint per se de omni necessariæ etc. et ideo sunt species ad inuicẽ differentes, quarum una non est altera uniuersalior, sed dices Arist. semper seruauit hunc morem, q in inuestigando aliquo quæsito præposuit rationes topicas demonstrationis ut p3 .3. meta. primo dico, q l3 sit iste ordo Aristo. non tamen ualet, ergo lib. top. præcedit librum post. quia ille modus procedendi Arist. est usus doctrinæ, utitur enim rationibus topicis & demonstratiuis circa eandem rem & primo topicis, quia disputat contra antiquos, ideo arguit primo ex propositionibus topicis, quia sunt famosæ uisæ omnibus pluribus uel sap. in quibus conueniunt omnes, ideo ut arguat ex cõcessis &

Dubitatio

solutio

cessis & famosis primo ponit illas, ergo lib. top. debet præcedere librum post. nego similitudinē quia isti libri docent spēs doctrinæ diuersas, quarum una nō est uniuersalior reliqua, ut dixi licet in usu doctrinæ rationes topicæ præcedunt, sed nec isti habent intentum. nam rationes topicæ nō semper præcedūt demonstratiuas, ut uult Auer. primo cœli.85. sed aliquando rationes demonstratiuæ præcedūt topicas, ut ibi ipse declarat. Erat Solutio.2. secunda ratio Auic. semper uniuersaliora præcedunt, sed præmissæ top. sunt uniuersaliores, demonstratiuis, quia sunt diuulgatæ apud oēs. præmissæ demonstratiuæ apud sap. tantū, ad hanc rationem duas responsiones dat Auer. prima in illis uerbis { Circa quod iam errauit Auic. errore manifesto } prima responsio est ꝙ in lib. post. nō intendit Arist. dinumerare uel componere præmissas intelligibiles, .i. non intendit cōponere demonstrationem ex præmissis demōstratiuis, quia hoc fuit declaratum in lib. priorum, ut supra fuit dictum, sed intentio Arist. in hoc lib. est dinumerare conditiones præmissarum demonstratiuarū & est uerbum illud, quod dixit Auer. supra in cap. de intentione, tractat enim ille has præmissas secundum numerū suarū spērum et attributorū, adeo ut intentio Aristo. sit indagare conditiones præmissarum demonstratiuarum, ut Auer declarauit primo post. co. 8. & 17. similiter in lib. top. non intendit Ari. de præmissis probabilibus pertractare, nisi conditiones et proprietates, per quas in specie talis præmissæ collocantur, tunc respondet Auer. ꝙ hæc signa scilicet probabilium præmissarum sunt disparia idest diuersa, disperata, æque differentia à signis præmissarum demonstratiuarum, & sic conditiones unius non sunt uniuersaliores conditionibus alterius, et per consequens nec una præmissa erit cōmunior reliqua. deinde ponit secundam responsionem in illis uerbis { Ac etiam ò utinam scirem } quid conferat cognitioni præmissarum demonstratiuarū præcognoscere præmissas probabiles. cum non sint illis uniuersaliores, nec cognitu faciliores, cum sint multiplices, & si dicas, ꝙ rationes topicæ exercent nos, ut faciliori uia cognoscamus demonstratiuas dico, ꝙ hoc est in scrutinio uel in disputando, secus autem ē de doctrina earum, immo potius præmissæ demonstratiuæ afferunt iuuamen topicis, cum se habeant ut habitus, top. uero ut priuationes, ut dictum fuit supra, & per hanc. Responsionem p3 solutio quarte rationis Solu.3.& 4. quæ dicebat librum top. præcedere, cum tractet de facilioribus, similiter p3 solutio ad tertiam rationem quæ dicebat uniuersalia præcedere, cum præmissæ topicæ sint uniuersaliores, si quidem ad omne quæsitum habent additum, quare earū tractatus est præponendus tractatui de præmissis demonstratiuis, cum sint propriæ dico, ꝙ topicus habet propositiones magis uniuersales circa omne quesitum, q̄ demonstrator, si quidem.4. meta..5. uersatur circa omne genus entis sicut meta. ergo præmissæ topicæ sunt magis uniuersales q̄ demonstratiuæ hoc est falsum, quia tūc sequeretur, ꝙ top. præmissæ continerent demōstratiuas, cum magis uniuersale minus continere debeat, modo istæ sunt species æque diuisæ et dissimiles, inter quas non est comparatio respectu ipsarum & earum conditionum, nisi respectu alicuius superioris, si quidem comparatio est inter aliqua, quæ conueniunt in communi respectu illius cōmunis, comparantur enim homo & capra respectu animalis. sed inter se nulla est comparatio, cum sint diuerse, sic dico præmissæ demonstratiuæ & top. comparari possunt respectu syllogismi. sed non ualet ergo una est uniuersalior reliqua cum sint species diuersæ, q̄uis circa quæsitum ampliorem uiam habeat top. præmissa q̄ demonstratiua, deinde Auer. ponit solu. quintæ rationis in illis uerbis. { E T Si concederemus Solutio.5.

erat

erat enim ratio quinta, cum omnis premissa demōstratiua sit topica & non conuertitur, ergo præmissa top. ē uniuersalior, quare præcedere debet eius tractatus, respondens Auer. inquit & si concederem9, omne intelligibile idest omne prædicatum demonstratiuum quod dicitur intelligibile, si quidem hæc dicuntur primo intellecta, quia non intelliguntur per alia principia, sed per terminos ipsorū tantū uel quia istorū est intellectus pº post. ultimo cap. tamen dicit Auer. nos reperimus multas præmissas demonstratiuas, quæ sunt haud uulgatæ & probabiles & sunt illæ, quæ expertæ appellantur. ergo non omnis præmissa demōstratiua est probabilis, pro intellectu solutionis Auer. est sciendum ꝙ ut habetur ab ipso primo post co.133. præmissæ demonstratiue. quædā sunt, quæ sunt per se notæ, immo sunt tantæ notitiæ, ꝙ nescimus nec tempus nec modum, quo nobis aduenerunt, et hæc dicebat Auer. primo post. co.12. sunt fortæ notiora sensibilibus, immo sunt ut unū de sensibilibus cōibus, q̄ sunt uulgatæ et sēsatæ oībus & se habent .d. Them. ut ianua in domo quam nullus ignorat & necesse ē quēlibet adiscentem habere, & hæ præmissæ demōstratiuæ sunt topicæ, uerū alio respectu, dicuntur .n. demōstratiuæ, quia primæ uere necessariæ etc. dicuntur topicæ, ut sunt uisæ oībus pluribus uel saltim sap. secundum uero genus præmissarum demonstratiuarum est earum, quæ inquisitione adipiscuntur, quæ ab Auer. hic appellantur expertæ & sunt illæ, quas non est necesse quemlibet adiscentem habere, sed tantū adiscentem in illa arte, quæ ab Ari. dicūtur suppositiones primo post. cap.5. exemplum est si quis dixerit ex nihilo nhil fit, non omnibus notum sed tantum phylosophis naturaliter loquētibus, similiter si quis dixerit turbith purgare flegma, non omnibus notum, sed tantum illis, qui ex experimento uel inquisitione hoc cognouerūt, ex his Auer. soluit rationem præmissæ top. debent præcedere, quia uniuersaliores, nam omnis præmissa demonstratiua est diuulgata & topica sed non ecōtra, Auer. negat hoc & dat istantiam, nam præmissæ demonstratiuæ, quæ sunt experte uel inquisitione acquisitæ non sunt topicæ & diuulgatæ. si quidem non sunt uisæ omnibus uel pluribus, sed dices ad huc sunt topicæ quia topica præmissa est uisa omnibus uel pluribus uel saltim sap. mō istæ præmissæ per Auer. sunt uisæ sap. ergo top. dico ꝙ non sufficit ad hoc ut sint topicæ ꝙ sint uisæ sap. uel omnibus uel præcipuis sed requiritur etiam, ꝙ sint ex terminis, qui habent uiam ad utrāq; partem contradictionis ut declarauit Aristo. primo post. cap.5. nam si illud esset sufficiens tantum omnis præmissa demonstratiua esset topica, ꝙ est falsum, si quidem præmissa demonstratiua accipit unam partem tantum quoniam uera est, top. utranq; partem ꝙ uero præmissa demonstratiua sit top. hoc est ex accidenti quatenus uisa sap. uel pluribus uel præcipuis, sed de ratione formali suā est, ꝙ sit ex necessarijs & sic patet solutio ad quintam rationem. Erat sexta ratio ex ordine Aristo. qui Solutio.6. semper ultimo loco, nobiliorē rē pertractet, ad hanc rationem, facilis est solutio, ꝙ iste ordo non semper seruatur ab Arist. nam in lib. de cœlo, primo pertractat de cœlo et eius natura, postea de elementis, & tamen cœlum est nobilius elemētis. similiter in secundo de anima.77. Arist. primo pertractat de sensu uisus q̄ de alijs, & tamē est nobilior eodem pacto in hoc lib. primo pertractat de conditionibus demonstratiōis simpliciter q̄ propter quid, & quia, quæ omniū est nobilissima, & hoc quia sectatus est ordinem nobilitatis ratio uero concludit, quando non sectatur ordinem nobilitatis, sed quando Aristo. procedit ordine nobilitatis ratio non tenet, immo primo procedit à magis nobili, & eo maxime cum ille ordo

sit ad

ſit ad placitum, dũmodo nõ ſit contra regulas ar
tis, & in hoc non d3 imitari naturam, ſiquidẽ. nã
nõ põt producere primo perfectã formã, quia illa
præexigit alias priores, ſed nõ ſic ſe h3 ĩ arte de
ordine nobilitatis, bene uerũ eẽt ĩ ordine ſecũdũ
neceſſariũ, et iõ Auer. noſter in fine iſtius cap. in
qt ⁅quo uis aũt mõ res hẽat⁆ expedit incipere ab
ea re, quæ ẽ magis dilecta, quæ ẽ demõ. cũ faciat
acquirere ueritatẽ, quæ omniũ eſt magis dilecta,
ut declarat Auer. primo lib. deſtr. deſtr. in pro
hemio, et magis honoranda, ſi quidẽ per demõne3
acquirimus ſcientiã per quã ſumus ſimiles dijs,
ergo ordine nobilitatis, ſaltim d3 præcedere, &
ſi inſtares duabus alijs auctoritatibus ſupra adu
ctis ꝙ lib. top. præcedit, cũ. Ariſt. in primo poſt.
ſ. cap. co. 13. & 14. declaret propoſitionẽ top. er
go utitur ut declarata in lib. top. præterea primo
poſt. cap. 27. inquit Ari. top. interrogare, non aũt
demonſtratorem & refert ſe ad librũ de ſyllo
giſmo. per quem librũ non põt intelligere niſi li
brũ top. in quo de præmiſſa top. pertractat et de
eius conditionibus, reſpondeo & ad primã, ꝙ nõ
inconuenit artificem accipere quedã, quæ deſer
uiant ſuo propoſito, tanq̃ infra declaranda, ſicut
Ari. agit in primo poſt. cap. 22. ubi loquitur de de
finitione, & tamen ipſa utitur ut infra declaran
da, ſimiliter in ſecundo phy. in definitione natu
ræ, accipit motũ tanq̃ infra declarandũ in. 3. lib.
& hoc nõ incõuenit. ad ſecundã auctoritatẽ dico,
ꝙ per librũ de ſyllogiſmo Ariſt. intelligit librum
priorum. in quo de ſyllogiſmo abſolute pertracta
tur, et ꝙ hoc ſit uerũ Ari. refert ſe ad primũ ca
put primi priorũ. ubi habet non. n. interrogat
ſed ſumit qui demonſtrat, dialetica uero interro
gatio contradictionis eſt, ecce quõ correſpondent
uerba & non incõuenit Ari. in lib. priorũ de in
terrogatione dialetica loqui ut deſeruit ſuo pro
poſito ibi, tanq̃ poſtea infra declarãda, hæc ſunt
ea, quæ mihi uiſa ſunt pro explanatione eorum,

quæ Auer. in ſuis obſcuriſſimis uerbis habet, ſed
ut nihil in hac materia amplius deſideretur. ſu
per eſt ponere contradictionem unam maximam
in dictis Auer. habet ipſe in tractatu de locis to
picis in cap. de regulis, quibus fiunt argumenta,
quæ loca uocantur, quia hæc eſt pars ſermonis
ſyllogiſmorum, et quæ cõueniat, ꝙ legatur poſt.
cognitionem ſyllogiſmi & ſpecierum eius, et ſu
orum modorum & ante librum demonſtratio
nis, per quæ uerba p3 Auer. uelle librum top. le
gi deberi ante librum demonſtrationis, & poſt
tractatum de ſyllogiſmo ſ. poſt librum priorum
uerũ nota ꝙ Auer. d. poſt cognitionẽ ſyllogiſmi
& ſuarum ſpecierum, per ſpẽs ſyllogiſmi non in
telligas uere, ſpẽs. ſ. ſoph. reth. & poet. quia eẽt
falſum, ꝙ lib. top. poſt poneretur his libris, &
præcederet librum poſt. ſi quidem apud oẽs p3 li
brum poſt. præcedere librum elencorum et poe
ticorum, & retho ergo, ſi lib. top. præcedret li
brum poſt. præcedere ẽt haberet illos. ideo per
ſpecies ſyllogiſmi, intelligas maneries ſyllogiſmi
. ſ. in prima, ſecunda, & tertia figura, quia po
ſtea. d. & modorũ eius ac ſi denominet figuras
& modos ſyllogiſmorum, & hoc mõ debent in
telligi illa uerba, aliter Auer. falſum diceret, ſed
ad principalem cõtradictionẽ reſpondeo ꝙ Auer.
non loquitur de lib. top. & poſt. ſed loquitur de
uſu regularũ top. et demõſtratiuarum, quæ ſunt
prius docẽdæ ad rei inueſtigationẽ, loquitur. n. de
uſu regularũ, et. d. ꝙ uſus regularũ topicarũ nõ
cõfert aliquã utilitatẽ neceſſariã, demonſtratiuis
præmiſſis, dat cãm ipſe, quia præmiſſæ demõſtra
tiuæ ſunt perfectæ, quæ nõ indigẽt præmiſſis to
picis, ſed ſi aliquã afferunt utilitatẽ hoc eſt ſecũ
dum melius. d. Auer. ut hões forte, qui nõ credũt
demõni diſponantur per probabiles rationes, ut
dixit ſecundo meta. 15. & ꝙ hoc ſit uerũ, uide q̃
ſupra. d. in loco allegato ⁅ et non eſt dubiũ ꝙ op
timum in cognitione demõnis eſt ꝙ ſecernamus
ipſam

ipſam, & cognoſcamus eius operationem ⁅ ergo
ipſam præcedit cũ, ſit ſecernenda à regulis topi
cis et illis non indigeat, ſed ſi regulæ top. præce
dũt, hoc eſt ad uſum et exercitiũ hominũ, qui non
ſunt diſpoſiti capere præmiſſas demõſtratiuas,
Et hæc eſt uera mẽs Auer. ut p3 inſpicienti eius
uerba ⁅ Nomen uero eius ⁆ Auer. breuibus ſe ex
pedit à nomine libri quem imitabimur. ſi quidẽ
in cap. de titulo longiſſime hoc fuit declaratũ. ta
men. d. Auer. ẽ notũ quod aſſeuerant expoſito
res in lib. priorũ ibi enim uolentes oẽs greci dare
cauſam tituli quare dicitur liber priorum dicunt
propter librũ poſt. ut declaratũ fuit in cap. de ti
tulo, ſimiliter dicunt etiam oẽs Ari. propoſuiſſe
intentionẽ lib. poſt. quare uero dicatur liber poſt.
iam non oportet iterum declarare.

De proportiõe. Vltimo Aueror. noſter declarat de proportione
quæ eſt cõparatio aliquorum ad inuicem ſecundũ
magis & minus perfectũ, quæ ſit proportio hu
ius libri ad libros logices, & ut ex dictis iam fa
cile quiſq; cognoſcet, cum iſte liber tradat in
ſtrumenta, per quæ acqritur finis tantum. ſcilicet
ſcire, ꝙ erit nobilior pars omnibus, quæ in logi
ca conſiderantur, ideo dicit Auerro. eſt propor
tio eorum qui dominantur ad ſeruos. nam omnia,
quæ tractantur in logica ordinantur ad librum
hunc tanq̃ ad finem, & omnia, quæ logicus
pertractat, ordinat ex hoc fine, ex fine ſi quidem
oĩa ordinantur, quæ ſunt ante finẽ, et maxime lib
priorũ ordinatur ad lib. poſt. ut id, quod eſt ante
finẽ ad fiẽ, ſed aliæ partes ordinantur ut ſerui
ad domium, quia omnia alia, quæ in logica tractã
tur, intendũt hunc finẽ ſ. librum poſt. tanq̃ ſer
ui intendunt oẽs principis uelle: tanq̃ finẽ, quare
lib. poſt. eſt ut dominus reſpectu eorũ, quibus do
minatur et finis reſpectu eorũ, quæ ĩ ſunt ante fi
nem, non opus eſt uti declaratione in hoc, ſi quidẽ
dictum fuit ſupra quante ſit utilitas & nobili
tas iſtius libri, Ex quo perſoluitur aliud propo

ſitũ caput ſ. de neceſſitate libri eſt. n. tantæ ne
ceſſitatis, ꝙ ſine ipſo nullus ſciens dici poteſt, ꝗ̃o
enim ſciet niſi habeat inſtrumenta ſciendi quõ
illa habebit, niſi hunc librum continuo legat. im
mo nec phyſica, nec metaphy. nec mathematica
inquiri poſſunt ſine hoc præhabito libro, eſſent
enim ſcientiæ fruſtatoriæ ſine hoc lib. quia nũq̃
ad illas perueniremus, ſed de huiuſmodi neceſſita
te ſatis, cum res ſe ipſa apud omnes ſit clara.

HIC Conſequenti ordine de uia doctrinæ
agendum eſſet, quæ eſt triplex demonſtrationis
genus, ſed quoniam uia, qua ſcientia lib. poſt. ac
quiritur non eſt aliqua demonſtrationum ſpecies,
quæ quidem hic tractatur, id circo pro uia doctri
næ, quæ huius loci non eſt. reſolutionem poſuit,
quæ eundem locum obtinet ad lib. poſt. quem uia
doctrinæ ad alios Ariſto. libros, de qua reſolutio
ne nihil eſt profecto, quod plura ſcribam, ſatis
enim ſuperius in cap. de inſcriptione diximus.

Poſtremo loco de auotbris nomine dicendum eſt,
& ſi proprius eſt liber illius, cuius dicitur, quod
Auerro. conſulto non meminit, nam nemo unquã
dubitauit Ariſt. fuiſſe authorem, ſed ne à uete
ri ac laudata cõſuetudine diſcedam aliquid pau
cis ad hoc abſoluam, ſed de Ariſtotele nihil ha
beo amplius dicere, niſi quod antiquitas ita ab
initio admirata ẽ, ut eum laudaret potius, quàm
ſectaretur, & apud poſteros philoſophiæ princi
patum ſemper obtinuit, mire doctus in diſponen
da doctrinarum inſtitutione, ſed lib. poſte. eſſe
Ariſto. nemo fuit, qui aliter ſentiret, nam præ
ter inſcriptionem & auctoritates, magnam fidẽ
facit, ſtilus, breuitas ipſa, & ſubtilitas, quæ
ab Ariſto. non diſcrepant, alio qui Ariſto. im
perfectus eſſet. Nam, cum treis ſcientias inue
niſſet logicam, naturalem, & diuinam, quomodo
artifex ſcientificus fuiſſet, niſi inſtrumenta, qui
bus illæ ſcientiæ acquiruntur, tradidiſſet, in quæ
inſtrumenta Ariſto. præcepta tradit in lib. poſt.
ſed

De neceſſitate.

De reſolutione bic accepta pro uia doctrinæ.

De nomine autboris.

sed in re concessa plura fortasse diximus, quam opus erat. Diximus igitur, quæ in principio proposuimus, & hæc habui, quæ in expositione huius prologi dicerem. Reliquum est ut Musis iuuantibus expositionem in lib. post. Aristo. & in singula commenta Auerro. primo quoq; die in lucem afferam.

FINIS.

SERIES CHARTARTM.

ABCDEFGHIK.

Omnes Duerniores dempto K Ternione.

NEAPOLI
Apud Mathiam Cancrum
M. D. LI.

[2], 42 leaves

S? 247 }
1? 150 } ΓL⅃